

AD INVICTIS-  
SIMVM ET AVGVSTIS-  
simum Principem, & Dominum,  
Dominum Ferdinandum, Sacri Romani imperij Cæsar-  
rem Gloriosissimum, &c. Genealogia, seu de antiquis-  
sima, Scalichiorum, Siue à Scala olim complurium  
Regnorum, & multarum nationum foelicissimorum  
Principum, Origine ab Anno Salutis LXXX,  
uscq; ad Annum M. D. LXI.

SERMO  
PAVLI SCALICHII DE  
Lika, S. Regum Hungariæ Com-  
militonis Perpetui, ac totius terræ ex utraq; parte  
Hun. nec non Zkrad, atque Veronæ, &c.  
Domini & comitis, &c. S. T. Doctoris,  
Orphani, Christiç exulis.

Omnium rerum vicissitudo.


BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

*C. Scalichii*

*Ex Typo Anthonii Rittneri P. H.*



Domini Pauli Scalichij  
Effigies.



IN IMAGINEM PAVLI  
Scalichij de Lika, S. Regum Hun-  
gariæ Commilitonis perpetui, ac  
totius terræ ex utraq; parte Hun, nec non Zkrad, atque  
Veronæ, &c. Domini & Comitís, &c. in primis generosi,  
S. T. Doct. Diuinorumq; Mysteriorũ interpretis pru-  
dentissimi, M. Matthæus Schinkelius Lucanus.

**P**ictoris potuit iustam manus æmula formam  
Pingere, cum magna dexteritate tuam:  
Sed quæ uirtutum sine magno numine formas  
Exprimat, artificis non erit ulla manus.  
Miraculum mundi laudata Bononia Paulum  
Nominat, unanimes nobilis ore Scholæ.

In Effigiem Magnifici & Generosi  
Domini, Domini Pauli Scalichij, Schediasma  
Oswaldi Gabelchouer.

**A**spice magnifici faciemq; & lumina Scalæ,  
Nobile qui Pauli nomen, & omen haber.  
Talis erat, nonam uiuens trieterida primũ,  
Dij facite ut uideat secula multa senex.  
Cui quantas dederit Pallas Tritonia dotes,  
Doctificus quantas tradideritq; Phanes:  
Scripta docent, præclara satis, quæ cuncta recludunt,  
Quicquid Arabs, Indus, Persa, Syrusq; tenet:  
Quicquid habet Latium, quicquid Iudæa recondit,  
Quicquid in abstrusa Græcia mente gerit.  
At Deus hunc quanto dederit è Stemmate nasci,  
Quem penes est unum tradere sceptrum uiris:

A 2 Perlecto

Perlecto poteris melius cognoscere libro:  
Historiam breuiter continet ille rei,  
Et quamuis dubio uerset nunc aspera uultu  
Illum Sors, uno nescia stare loco:  
Sors inimica bonis, stultorum subdola reatrix,  
Quos trahit, & memores non sinit esse sui:  
Fata tamen spondent uenturaeque secula monstrant,  
Regius his iterum quam tribuetur honos.  
Carrario siquidem ueluti de stemmate natus  
Franciscus, generis dira ruina sui.  
Scaligeros quondam Verona sustulit, atra  
Fraude, luit propria quam tamen ipse nece,  
Sic iam Carrarij Franciscus sanguinis alter,  
Carminē Scalichium tollit ad astra graui  
Tu, uelut exilij fuit autor iniquior alter,  
Hunc omen regni, sic Deus esse uelis.


FRANCISCVS CARRA-  
rius, In effigiem generosi Domini,  
Domini Pauli Scalichij, Tetrasticon.

Scalichium Paulum noscas ex nomine lector,  
Namque alijs praestat Paulus doctoribus iste,  
Temporibus nostris, ut Paulus Apostolus inter  
Praecones Christi, fulgebat tempora primo.

IN



IN DOMINI PAULI  
Scalichij Insignia M. Matthæus  
Schinckelius Lucanus.



**C**Lara quidem uirtus multos ad sydera tollit:  
Sed plures contra fors inimica premit.  
Sic quoq; quos nimium Fortuna afflixit acerba,  
Omnibus afflictos ornat, amatq; modis.  
Vix tamen in uasto, Comes illustrissime, Mundo  
Clarior innumeris casibus alter erit.  
Quam tu, tranquilla Comes ô dignissime uita:  
Ah te tam dura conditione premi.  
Hinc ueniunt meritæ tam multa insignia laudis  
Quæ nimis angusto carmine charta refert

A 3 Vt

Vt sit Scaligeri, concors successio Regni,  
In summa rutilans arce corona notat:  
Hanc Bela attribuit cum regno exutus auito,  
Auspicijs Scalæ scepra paterna capit.  
At Veronensis Scalam Theodricus habebat,  
Et tibi legitimo iure reliquit eam.  
Hinc, postq̃ rigido superasset Marte Odoacrem,  
Insula de gestis nomina rebus habet.  
Vel quòd ibi currant tria flumina, secp̃ salutant,  
Quæ referunt scalæ fortia signa tuæ.  
Nam uelut in Scala, sic se tria flumina iungunt,  
Sequana, cum Scalde, tuq̃ Garumna simul.  
Hinc geminos catulos à principe sumpsit Alano.  
Nam Scythum catulum uocis origo sonat:  
Vngariæ afflictum deplorant Cornua regnum:  
Multiplices rami stigmata stirpis amant:  
Nam Stirps Scalichij pugnando Vulnera multa,  
Pro rege, & tota nobilitate tulit.  
Quid sibi uult Phœbe fratri coniuncta corusco?  
Belligeros monstrant lumina bina Duces.  
Scala Philippus enim socio cum Bartholomæo,  
Plurima sopito Marte trophæa tulit.  
Addidit impavidum Ioannes Scala leonem  
Quem uulgo Huniaden secula prisca uocant.  
Hebræis elementa nouem depicta figuris,  
Ingenij monstrant flumina, Paule, tui:  
Nam tua mens dubio non Marte, sed arte profunda,  
Collapsam stirpi reddidit omne decus.  
Abdita dum miro referas penetralia claue,  
In quibus æternus gaudet habere locum.  
Ferdinande Pater, quem secula nostra uerentur,  
Cæsareoq̃ tuum nomen honore colunt.

Exulis

Exulis esto memor, Diuinaſq; indue *σοφίας*,  
Quæ ueluti largo flumine corda trahunt.  
Respice Scalichij clementi numine causam,  
Ut uideat iuſtas pondus habere preces.  
Respice tantarum uirtutum nobile lumen:  
Scaligeri callent Martis & artis opus.

## In eiufdem Pauli Scalichij Inſignia Ofualdus Gabelchouer.

**A** Spice Scaliferæ clypeos & ſtemmata gentis,  
Quidq; ſub his lateat carmine diſce breui:  
Oſtendit Clypei reſidens in uertice *σεμνα*,  
Iure quod Hungariæ ſceptra tenere queant.  
Inclytus Hunniade robur Leo, robur Alani  
Impiger ad Scalam ſignat utrinq; canis.  
Cornua ſignificant Hunni ceruina timorem  
Tartaricum preſſus quo tulit ipſe iugum.  
Iuncta ſuo fratri declarat Cynthia lumen,  
Quod fuit in trifti Scalicha ſorte domus.  
Ingenij ſed Hebræa notant elementa uigorem,  
Mira per hæc ſiquidem: ſed reuoluta docet.

## Franciſcus Carrarius ad Lectorem Encyclopædiæ Scalichij.

**S**calichij doctis optas qui incumbere libris,  
Sis celebri primùm doctrina excultus oportet.  
Namq; rudem procul ipſius commenta repellunt,  
Nec te commoueat, iuuenis, quod ſcripſerit iſta,  
Namq; ſeni tribuit, quod longi temporis uſus

Huic

Huic Deus, huic natura parens, huic sydera cœli  
Donarunt, est testis Docta Bononia: quando  
Natum bis denas, uno tantum amplius, annos,  
Omnigena audiuit proponere dogmata, coram  
Egregijs sacri ludi Doctoribus: illis  
Ingenium, doctrinamq; admirantibus omnem,  
Quare opus eximium naturæ, iura fatentur,  
Supremoq; hunc Doctoratus munere dignum,  
Ornarunt igitur titulis insignibus illum,  
Scribentes, tali fuerit quàm dignus honore,  
Hoc poteris quoq; tu, si uis, cognoscere Lector,  
Si doctus fueris: præstans doctrina adegit te  
Dicere Doctorem: nec non excellere multis.  
Ingenuas at tu si non cognoueris arteis,  
Dum superare tuum uerborum pondera captum  
Sentis, perdoctum dices, qui scripserit, esse,  
Suspiciant igitur docti, mirentur & omnes  
Scalichium, & mundo naturæ munus apellent,  
Atq; Deo laudes, Doctrinæ cantet amator.

PAV.

(:):(:



# PAVLVS SCALICHIVS

candido Lectori.

Sæpe graui laceſſitus iniuria, candido Lector, & odium, & conuitia improborum contempſi: & caui diligenter, ne ira impuſus, prauè inſiſterẽ. Iam uerò me non tam præſcriptio, quàm uilitigatoꝝ falſa, & iniqua arrogantia inſimulatio, excitauit. Hanc ſi feram: non potero non crimen agnoſcere: meam, meoꝝ rumq; famam, ualſto etiam præferendã mundo, amittere. Nil mihi quidem afflicta ob fortunam auitum opitulari regnum, fateor: quod ſedibus paternis ſim exutus, atq; id fatiſ concedo. At maiorum meoꝝ ius, quòd perdidim, & ſplendidiffimi nominis gloriã, ut cauillantur, amiſerim: hoc demùm nego: nec cuiquam mortalium, ex hac futura ſecuritatis ſpe, cẽdam. Ea propter res noſtras, cum paſſim omnibus hiftoricis obuiẽ ſint, ex probatis, quin & familiae noſtrae inſenſis autoribus, maiorem ob rei ueritatem, ad uerbum collegi. Hiſ ipſa quoq; diplomata regum, quæ fidem faciãt, adhibui: & ne ulla merito contumelia fieri à quoquã poſſit: adieci loca tum Auctoꝝ, tum regionum, ut quàm uera ſint, quæ attulimus, facilius intelligãtur. Qua in re neq; id prætereundum eſt: ſicut uidelicet, Turrena, Volturrena, Etruria, Volturna eandẽ urbem, teſte Annio, turritiſ ædibus extructã ſignificãt: ita Scala, Scalanus, Scalẽſis, Scalich, Scalichius, Scalicher, Scalifer, Scaliger, à Scalis Theoderici Veronẽſis, et uulgò von der Leitern, ſiue Graffen zu Scala, eandem familiã: eaſq; terminationes nationum dialeçtiſ tantũ, & earminis gratia uariare, Dantes Petrarcha, Platina, Blondus, Chalcõdyla, Aemilius, Sabellicus, Iouius, Bonfinus, Nauclerus, Ianus Pãnonius, Torellus, Iulius Cæſar patruſus, Lariuſ, Rouilluſ, Scardeoniſ, &c. docent: Vale.

B

AD

AD INVICTISS. ET AV-  
gustis. Principem & Dominum,  
Dominum Ferdinandū, Sacri Ro-  
mani imperij Cæsarem Gloriosissi-  
mum, &c. Genealogia, seu de  
antiquissima Scalichiorum  
origine. Sermo Pauli Sca-  
lichij de Lika, &c.

*Iulius Cæ-  
sar in orat.  
funeb.*



**G**eneris nostri femina,  
Ferdinãde Cæsar Augustissime, quæ  
occultis tractibus (ut patruī mei uer-  
bis utar) à priscis Proavis repetita,  
feros etiã in nepotes radices agūt,  
inuictissima Gothorum gens, in opu-  
lentissima Italia iecit quæ & robore, animorumq̃ ui, &  
moribus, humanitate, mansuetudine, constantia, & præ-  
ter uirtutes, fortunæ quoq̃ bonis, siue metalla intelligan-  
tur, siue aliarum rerum copia, quibus usui, ac decori, quan-  
tum natura exigit, indulgemus: equorum armentis bella-  
torum, urbibus ingentibus, benè munitis, frequentibus,  
bonarum artium plenissimis, amplissimis senatibus, tu-  
tissimis portibus, ubere agri latissimo feracissimoq̃, &  
propè aureo, abundat.

*Iulius ibidè.*

Potissima autem, unde primùm nostrum stemma ori-  
ginem sumpsit, inter ciuitates Verona est, qua nil amœnis-  
us,

us, nil pulchrius, nil denique magnificentius dari potest. Quæ enim omnium, ut meus Iulius habet, quæ usquam extant, urbium, cum Verona, siue situm contempleris, siue coelum admireris, siue natalia putes, animorum robore, corporum dexteritate, fortitudine, splendore, simplicitate contendere ausit? Brennus fortissimus Gallorum Dux, generis nostri auspiciatissimus conditor, post tot tantasque extructas urbes, Comum, Pergamum, Cremonam, Brixiam ipsam, quarum aliam alia de causa uarijs uocabulis nominauit: unicam Veronam positam, omnium dignam iudicauit, quæ de suo nomine Brennona dici mereretur, ueluti, quæ inter cæteras Cisalpinas Galliarum urbes, & celebritate nominis, ut Sabel, inquit, & situs opportunitate maximè sit insignis. Nam præterquam, quod ager urbi circumiectus, tritico, oleo, uino, pecoribus abundat, nobilissimas quoque habet lapidicinas, flumina, stagna, lacus, (in quibus Benacus omnium, qui in Italia sunt, amoenissimus) & aquarum salubrium plures scaturigines: quo equidem situ nihil formosius, nihil uisu suauius: nulla prudentissimi pictoris manus, tam blandum locum, tam amœnum effinxit unquam. In summo enim cliuo, duæ nobilissimæ arces, quarum una Athesi extremam uallem placido cursu riganti, penè incubat: altera eminentiori loco, & quasi uallis supercilio sedens, subiecta urbis mœnia despectat, ac longè latèque in circum Padanos campos, totamque ferè Cisalpinam Galliam pandit prospectum. Plures ad hæc nobilissimi pontes fluuio impositi: Amphiteatrum media urbe assurgens, ueteres arcus, ac mille alia antiquitatum uestigia, quæ uetustam urbis opulentiam planè demonstrant. Et quod maximum est, habuit ea ciuitas, ab initio præstantium uirorum, quasi seminarium quoddam, ut in omni ferè doctrinarum genere, tam claros semper illa uiros tulerit, quàm quæuis alia clarissimos.

Sabel. l. 8.

d. 2.

B 2 Agè

*Iulius Cæsar in oratione funeb.* Agē uerò gentis nostræ magnitudinem post Romani imperij inclinationē, nulli secundam diu, sæpè etiam multarum nationum Principem, qua oratione prosequi possim: quæ uetustatis suæ illustrem gloriam incertum est, obscurarit nē, an auxerit uirtute. Nondum hæc nomina, quæ Comitum atq; Marchionum circumferuntur, exorta erāt, & Scalichiorum florebat imperium: Etsi temporum rationem ineamus, Cairo familia nostra antiquior, aut utriusq; equalis memoria prima erit. Anno enim salutis nostræ nondum quadringentesimo Elcani Calif, h. e. summus sacerdos, eius urbis regnum tenuit, quam paulò antè Hucba, Hibnu, Nafich, ex Arabia cum exercitu Africæ partem inuasisset & imperio obtinuisset, urbem sibi condidit atq; Cairoam, h. e. Comitium appellauit tum etiam, ante primordia Venetiarum. Alanus postea & Theoderici Scalichiorū potestas, & dominium claruit. Porro Alanus ex inuictissimis Gothorum principibus, qui Anses, quasi Semidei uocabātur, ortus est. Eius familiam si altius repetierimus: Anno gratiæ nondum octuagesimo ante Domitiani tempora floruisse constat. Diu Gothi regnauerunt (ut ad uerbum Vrspergen. refert) adeò ut Cæsar, qui primus omnium Romanum sibi uendicauit imperium, omnēq; penè suę ditioni subegerat mundū, Gothos sæpè percontans, subiicere non potuerit. Caius Tyberius iā tertius Romanus regnauit: Gothi tamē in suo regno incolumes perseuerarūt. Domitiano uero ii. iā ab Augusto regnante, ripā Danubiū iam diu à Romanis obsessam, Gothi deletis militibus Romanis, eorumq; Ducibus uastauerūt. Cui prouinciæ tum post Agrippam præerat Oppius Sabinus: Gothis autem dominabatur Dorpaneus. Inter quos bello commisso, Gothi Romanos uicerunt, caput Oppij Sabinini absciderunt, multas ciuitates & castella de parte Imperatoris publicè prædati sunt. Qua necessitate compulsus

*Vrspergen.  
405. fol.*

sus Domitianus, cum omni uirtute Illyricum properauit,  
 præfectoq; militibus Fusco ductore, cū electissimis uiris  
 amnem Danubiū, qui & Ister dicitur, confertis nauibus in-  
 star pontis, eum transmeare præcepit, super exercitum  
 Dorpaneī. Gothi haud segnes, arma capessunt, primoq;  
 conflictu Romanos deuincunt, & extincto Fusco duce  
 militū castra prædatur. Magna q; potiti uictoria, iam Pro-  
 ceres suos non quasi puros homines, sed quasi semideos  
 Anses uocauerunt. Quorum Genealogiam paucis per-  
 curram. Primus horum Heroum fuit Gapt, qui genuit  
 Halmal: Halmal uerò genuit Angis: Angis genuit eum,  
 qui dictus est Amala, à quo & genus Amalorum decurrit:  
 Amala uerò genuit Hisarnam: Hisarna autē genuit Ostro-  
 gotham: Ostrogota genuit Inilt: Inilt genuit Athal: Athal  
 genuit Achiulf: Achiulf autem genuit Ansilam & Ediulf  
 & Valdulf & Hermenricum: Valdulf uerò genuit Vuales-  
 ranans: Vualeranans genuit Vuinitharium, qui Scythis  
 Alanus nuncupatur: Vuinitharius quoq; genuit Theode-  
 mir, & Vualemir, & Vuindemir: Theodemir genuit The-  
 odericum. Cæterum anno Christi tricentesimo octuagesi-  
 mo Balamir Hunnis imperans, in Gothos exarsit, & ab  
 antiquis sedibus eos expulit. Gothi transito Danubio fu-  
 gientes, à Valente absq; fœdere suscepti sunt. Præterea  
 Gothi, quorum rex Fridigernus, quando Ermanaricus,  
 Ostrogotorum Rex ex uulnere obiit, propter intolerabi-  
 lem Maximī auaritiā, Thraciam, Epīrum & Thesaliam  
 uastarunt, & cædibus replerunt, Valentem uicerunt, fu-  
 derunt, qui in fuga iaculo uulneratus cecidit: acceptus uili  
 tugurio, inter fomenta expirauit. Alanus (antea Vuini-  
 tharius, sicut dicitur) uictor, locum armatus sepsit, ignem  
 iniecit, atq; consumpsit.

Et ut adferamus annales nostros, quos rudes atq; Bar-  
 baros, ut tum ea ferebat ætas, uir bonus atq; eloquens,

B 3 Paulus

Phryg.  
Chron.

Oros. l. 7.  
cap. 33.  
Iorn. Trip.  
Hist. lib. 8.  
Ruff. lib. 12.  
cap. 13.

Iul. in Orat.  
funeb.

*Aemil. de an. uer. prin.* Paulus Aemilius pulcherrimis latinis donauit monumentis. Theodericus Scalichius, quem uulgus Dietrich Scalicher von Bern appellabat, postquam Alanus auus, quem Iulius & patrem nominauit, Hunnorum in Gothos impressionem sustinuisset, & Valentem uicisset, repetens auitas uires, Attilæ Hunnorum regi, Scythicæ genti, se obiecit, anno salutis 453. in Feltrionum montium faucibus, eamque tempestatem in Altinum, cæterasque oras inferiores depulit. Ostrogotorum Rex constitutus, Odoacrem Rauennæ triennio obsedit, & ad Sontium flumen superauit, fudit, fugauitque, in campis quoque Veronæ uicit, eoque interempto, Herulis nouum Regem dedit, Italiæ partem, apud Augustam prætoriam, sub Alpibus Appenninoque habitare permisit.

*Blond l. 3. d. 1. Cass. Diac. Blo. Ior. l. Re. geti.*

*Iul. in orat. funeb. Blod. lib. 3.*

Eiusdem Theoderici opera, postquam Attila in Noricum reuersus, seditione militari, ob agrariam diuisionem cæsus fuisset, Veronam ab illo incensam, è Tridentinis accolis, nobilissimisque Euganeorum reliquijs instaurauit. Concurrerunt ad auctorem libertatis (ut patrum uerba sonant) salutis præsidem, pudicitia conservatorem suum, uicinæ nationes, quibus præsentium euasio periculorum futuræ securitatis opinionem faciebat.

Necque enim sine aliquo numine potuisse id à mortali præstari manu, quod uniuerso penè orbi illi communem calamitatem unus omnium sedare ualuisset. Igitur necque ueteres simultates, necque diuersa studia, plus poterant, ut disungerentur, quam illius uiri fortuna atque sapientia, ut in unum corpus coalescerent. Tanta eius autoritas, tanta uirtus extitit, ut qui paulò antè cæteris imperare consueuissent, illi uni cederent fortunis, corporibus, animis ipsis: quos ad illud usque tempus gessissent inuictos. Frequentiore ciuium robore constituto, atque aucto imperio, promotum pomerium est: adiecta tum urbis portione, cuius regiones

giones trans flumen ad orientem pertinēt, atq; ipsi subiacent colli: hæcenus patruus.

Victis enim Bulgaris, Syrmium recepit, Pannoniam & Noricum regno suo adiunxit, Francos uicit & Gallias recepit, Theodatum nepotem ex Narbonensi Prouincia reuocatum, Hetruriæ præfecit, Romam uenit omnium uotis, mitis, affabilis, in plebem liberalis, annonam donauit, captos redemit, ciuitatem restaurauit, suo nutu, & oppida munitissima condita, lapsaq; resarcita sunt: qui & plurima bona, in usum ecclesiæ, ad alendos ministros uerbi contulit: per triginta annos in Italia, pacis amantissimus, & de tota Italia optimè meritus, adeo quod, ut Historiæ testantur, Italia nunq; usa sit principe clementiore, regnauit. Eius tantæ fuerunt uirtutes, ut etiam eas laudes meruerint, quæ hodiè etiamnum carminibus illis, quæ uulgò solent decantari, celebrantur. Gigantum in illis mentio fit, qui barbaros, quos uicit & profligauit, significant.

Itaq; redeo ad patrum, Imperij nostri uetustatem, si memoria complectamur præclarissimarum urbium natalibus prior est, penè omnium regnorum, quibus Europæ nationes in præsentia multæ parent, principijs longè antiquior: si merita agnoscamus, cū Deorum immortalium consilijs coniunctam fuisse, intelligemus. Qui cum pulcherrima Italiæ parte deuastata, illi Regioni uellent parcere, eam pietatem cum fortissimi uiri gloria communicatam uoluere. Quod enim Leonis Pontificis Max. diuina maiestate impetratum fuerat à Barbaro, ab Italica deinceps uastitate, ut temperaret: hoc ille armorum, animiq; ui, uicit atq; obtinuit: hæc patruus.

Cæterum, Imperator clementiss. ut res quomodo habeat, clarior magisq; perspicua sit, neuè aut in regnis, aut in nominibus, siue etiam factis confusio admittatur, linea certa, quæ nobis uel digito commōstret totum negotium, & ea

Cass. blöd.  
lib. 3.

Proco. li. 1.  
de bell. Got.  
Phryg Charon.

Car. lib. 3.

Iul. in sus.  
neb. orat.

Diac. l. 15.

Pomp. Cas.

Blond l. 2.

Ior. Aemil.

lib. 1.

Car. lib. 3.

Diac. li. 15.

Blond. l. 2.

*Aemil. l. 1.* & ea quidem triplex, texenda est. Atque cum duo Theode-  
*Bit. lib. 1.* rici fuerint, alter Visigothorum, alter Ostrogothorum, &  
*Hisp.* Italiae rex: hic orientalibus, Gothis in Hungaria, ille occi-  
*Car. lib. 3.* dentalibus in Hispania, imperauit, & ambo Hunnis resti-  
 terunt: quomodo inter se conueniant, aut differant, dicen-  
 dum est: antequam uero id aggrediar, paucis de nomine  
 Scalichiorum ne gerronibus aliquis blaterandi locus sus-  
 perfit, disseram.

Vinitarius, Gothis, Alanus, Scythis, nostre familiae pa-  
 rens, oriundus ex genere Gothorum uetustissimo, in Gal-  
 lia Comata, a Scalde amne, quem obtinebat *σκάλινος*  
 Graecis, ut conijcio, Latinis autem Scala nuncupatus est,  
 quod ea pars Galliae numero dispari, figura Geometrica  
 instar Scalae constat. In tria enim populorum genera am-  
 nibus nobilissimis maxime distincta, Scalde, Sequana &  
*Plin. l. 4.* Garumna diuiditur. Quo fit, ut Scalde, populum Belgis-  
*C. 17.* cum: Sequana, Celticum: Garumna uero Aquitanium,  
*C. Jul. Cæs.* Armoricum antea dictum, ad Pyrenaeos usque montes ex-  
*comment.* currens, constituat, oritur octingentesimo a Narbona sta-  
*lib. 1.* dio, in montibus Pyrenaeis, penes quos & patruus meus  
*Pomp. Me-* natus est. Neque mirum, quod eo tempore Graeci & Latini  
*l. 1. b. 3.* idiomatis, nedum uiri, uerum etiam foeminae Mathematiz-  
*Blond. l. 3.* carum deinde scientiarum, non modo periti, sed maxime  
*et in Mar.* etiam Roscij extiterint. Id Blondus de Thoderico, Amas-  
*Tar.* lasintha filia, & Theodato nepote, testatur.  
*Boroff. de* Duxit autem Scalinus uxorem ex familia Volturrena,  
*diusf. Ital.* quae omnem transpadanam regionem, cuius adhuc uesti-  
*An. Viterb.* gia manent, urbs uidelicet Mantua, Lacus qui Hetruscis  
*ibidem.* Larius dicitur, & similia, possedit. Ex hac natus est Alaris-  
*Hel. Spar-* cus Rex Visigothorum, qua defuncta, alteram ex familia  
*tia. in uitis* Tuscorum Vera, ex qua fuerunt Imperatores Antonius  
*eorum.* & Commodus, unde Valemir & Theodemir pater The-  
*corn. Polid.* oderici, superduxit: quae Brennonam cum aliquandiu pos-  
*lib 6.* sedisset



sedisset, à Brenno illo Galliae fortissimo Duce, qui multis certaminibus & praelijs peractis, in Delphis una cum exercitu occubuit, conditam, sensim Brennonae denominatione in Veronae, à Vera familia & Atria eorundem Colonia, (Atrianus enim fluvius limes est Volturrenorum & Venetiarum) commutata est, & successu temporis ob defectum utriusque familiae, tam Transpadanam regionem, à Volturrenis patribus, quam Veronensem à Vera familia possessam, obtinuit.

Hunorum gens interea in Gothos ubi exarsisset, Scalinus omnem impetum, omnemque, ut meus Iulius inquit, impressionem sustinuit: ac ideo à Scythis Alanus, quod nomen apud eos & canum, & fluvij est, à quo Alani populi, iuxta Rorolanos, ut Plin. aut in parte Daciae ut Capitol: aut in ea Scythiae parte, quae intra Imaum est, ut Ptol: inquit, ut ut sit, ij, ut Amnianus scribit, carnibus vescuntur, & panem non manducant: ideo, inquam, Alanus, quod tanta animi constantia suos defenderet, id est, Canis, quod nomen etiam à Turcis: uniuerso generi Christiano, ignominiose obijcitur, contumelie ergo, appellatus, sibi laudiducens, Alanus impostero nuncupari uoluit. Hetrusci autem Scalinum commutata litera scalanum, quod latinis admodum proprium est, Scalam appellabant: unde Platina & Sabellicus, quoties nostri mentionem faciunt, Scalas & Scalanos nominant. Scalicher uero primò Theodericus nepos à Germanis militibus, quos multos habebat, hoc est, Herz von Scala, nuncupatus est, quod concisè, apud Petrarcham, Iouium & similes, Scaliger legitur. Commune enim Italis, praesertim Tuscanis est, ut non modo ch. in g. uerum etiam integras & quidem plures syllabas concidat: ueluti cum Franciscum Ceco: Dominicum, Beco: Laurentium, Rentzo: sic & Turcae, Constantino: polim Stampol: Adrianopolim, Adrina: Elephantem, Fil:

C item

Borof. &  
Viterb. ibi  
dem.

Iul. in Orat.  
funeb.  
Item exerc.  
202. §. 5.

Sabel. lib. 8.  
d. 2. lib. 9.  
d. 2. &c.  
Plat. in uit.  
Bened. 12.  
Iorn. 23.  
Clem. 5. &  
6. Vr. 6. Iu.  
7. Mart. 5.  
&c.  
Petrar. l. 1.  
Epist.  
Iul. 10. exer.  
Iou. in act.  
Barn. Gal.  
&c.

*Iul. 101. ex=* item Siculi & Calabri, Nicolaum Cola &c. appellant.  
*erc. 262* Concisum igitur est ch, in g, uel propter Florentinos, qui  
*aduer. Car.* aspirationem ipsam, quasi uomitus imitatricem, cuius &  
*Itē 130. 266.* patruus meminuit, odiosè proferunt. Eius oppositum Fran  
*Laonicus* conibus proprium quodammodo est, ut g. in ch. resoluāt,  
*Chalcondyla lib 4.* ut cum dicunt willich pro willig &c. Propter hanc concis  
*de reb. Tur* sionē apud Blondum etiam Scalifer, tanq̄ synonymū Sca  
*cicis fol. 61.* ligeri, legimus. Cæterum ubi Boto pater Trebellij, cuius  
*Aemil. l. 1.* uirtute Lika acquisita est, in Hungariā peruenisset, ob idi  
*Blond. l. 9.* omatis proprietatem, pro Scalicher, concisè Scalich, ap  
*d. 2. l. 10.* pellabatur: peculiare enim est Hungaris, Croatis, Dalma  
*d. 1.* tis, Slauis, &c. ut omnia ferè nomina, præsertim magna  
*Plat. lib. 3.* tum, in ich, quemadmodum Polonorum in Ski desinant:  
*d. 3. lib. 5.* hoc nomen ideò & priuilegia: S. Regis Belæ continent.  
*d. 2. l. 7. d. 2.* Itaq̄ in Italia, Scalæ, Scalani, Scalensis, Scaligeri, & Sca  
*Item in* liferi in Hungaria, Croatia, Slauonia &c. Scalichij: in  
*Mar. Tar.* Germania uerò hodiè translato nomine vō d̄ Leyttern &  
*et in Aprut.* Graffen zu Scala nūcupamur. Ideò nouelli Historici Nau  
*l. 3. item l.* clerus, Rouillus, & reliqui indifferēter, hic eundem canē,  
*4. d. 1. l. 7.* in Icone, Scalā in contextu, Scaligerū: ille eundē Guiliel  
*d. 1.* mum, eodem paragrapho & Scaligerum, & Scalam ap  
*Priuilegia* pellant, atq̄ Laonicus chalcondyla Scaligeros, & Scala  
*anni 1253.* nos, pro n̄sdem habet, & iam Scalanum se patruus, iam  
*Bernardi-* Scaligerum, nominat. Scardeonius eundem Antonium,  
*nus Scar-* & Scaligerum & Scalensem principem appellat, Sca  
*deonius l. 3.* lamq̄. Item Blondus eundem Canem & Scaligerum &  
*classe. 13.* Saliferum, Bonfinus à scalis Theoderici Veronensis nun  
*fol. 285.* cupat.  
*Naocl. 47.* Redeo iam ad primam genealogiæ lineam: Alanus fas  
*Gen. fo. 257* lutis nostrę 380. anno, ut paulò ante meminimus, qui Hū  
*Rouill. Ico-* nos sustinuit uiriliter, & aduersus Valentem uictor euasit,  
*num p. 2.* tres filios habuit Valemirum, Theodemirum, Ostrogos  
*Laon. Chal* thorum, & Alaricum Visigothorum Reges, hic annis un  
*cond. l. 4. de* decim  
*reb. Turc.*  
*Iul. 101. ex=*

decim: alter illorum nempe Valemir quatuor regnaue-  
 rat, alter undecim annos, filius Athaulphus Alarici octo,  
 Singericus uno, Vuallia uiginti duos imperarunt. Huic  
 successit Rodericus seu Theodericus annis tredecim, cuius  
 patruelis Theodericus Scalichius Veronensis, singu-  
 lari prudentia præditus, apud Theodosium Imperatorem  
 educatus: Quum Rodericus cum Aetio in campis cata-  
 launicis, grauissimo prælio aduersus Attilam pugnauit:  
 Theodericus & ipse in eo conflictu, ubi cæsa sunt C lxxx.  
 M. hominum, strenuus adfuit, ille autem cecidit, cui Tho-  
 rismundus filius successit.

Odoacre uerò in Italia seuiente, Zenon Theodericum  
 Ostrogothorum Regem, Alani nepotem ob singularem  
 eius uirtutem in Italiam aduersus Odoacrem, ut dictum  
 est, misit: huic tres erant filia ex Andelecta uxore Clo-  
 douei Francorum Regis filia, quarum altera Halarico Vi-  
 segothorum, ex fratre nepotum altera Gundibaro Heduarum,  
 seu, ut Phrigo ait, Burgundionum regibus, atque iunior  
 Amalasintha, Eutharica elocuta est, ipsamque sororem Ho-  
 norico Vandalorum Regi uxorem dedit, trigesimo septi-  
 mo sui regni anno, ex hac uita in alteram commigrauit:  
 cui nepos, filius Amalasinthæ Atalaricus seu Adelrichus  
 successit, & quinque annis præfuit. Amisso filio mater re-  
 gnum occupauit, ac Theodato decem & septem annis re-  
 gnanti, cognato suo, imperium tradidit, quem Aebrimi-  
 rus secutus est, atque Tendesilius affinis: post hunc Agila &  
 ipse affinis, quinto anno interemptus est. Vbi deinde Ro-  
 mani Narsetem successorem Totilæ grauius apud Impe-  
 ratorem accusassent, Alboinum Regem ex Germania e-  
 uocauit, qui cum Germanos tum Pannones plurimos se-  
 cum attulit, & multas Italiae ciuitates occupauit, atque Ve-  
 ronæ, quam potissimam sui regni sedem esse uoluit, qui-  
 euit.

C 2 Hinc

Blond. l. 9.  
 d. 2. l. 4. d. 1.  
 & l. 7. d. 1.  
 Bonf. lib. 9.  
 d. 2.  
 Bernardi-  
 nus Scar-  
 deon. de an-  
 tiqui. urbis  
 Patauij l. 3.  
 clas. 13. fol.  
 285. et 278.  
 &c. et l. 2.  
 c. 10. fol.  
 230. &c.  
 Pomp. Dia.  
 lib. 11.  
 Oros. li. 7.  
 Rit. lib. 1.  
 hisp.  
 Iul. in orat.  
 funeb. item  
 exer. 160.  
 Phryg. ch.  
 Blond. l. 3.  
 d. 1.  
 Proc. l. 1. de  
 bel. Goth.  
 phrig. Ch-  
 ron sub an-  
 no Christi,  
 504.  
 Cass. Mut.  
 lib. 5.  
 Ritus li. 1.  
 Agat. l. 1. de  
 bell. Goth.

*ibidem.*

*Rit. lib. 1.  
ad finem.*

*Car. lib. 4.  
Blond. l. 3.  
d. 1.*

*Blond. in  
Mar. Tar.*

Hinc est, ut Ostrogothorū regnum collapsum, ad Vise gothos redierit. Ideo post Eurichū fratrem Theoderici nepotis, qui decem & octo annis regnavit, Alaricū seu Eutharicum Amalasinthæ maritum, uiginti & uno annis regnantem, & Gensalaricum fratrem quatuor annis imperantem, Agila quinque annis: Atanagildus decem & quatuor: Limba tribus annis præfuit: tandem frater Leonogildus ex Hispania Sueuorum reliquias, Andeca Rege superato, eiecit, qui regnū semel in Hispania constitutum, ut historici habent, annis centum & septuaginta, in Hispania tenuerunt. Regno Legionis adiecit urbem: imperauit autem Gothis annis duodeuiginti. Huic successit Recharedus filius, annis quindecim, Luyba tandem Recharedi filius, qui duobus annis, quinque mensibus, regnavit: reliqui ex ordine, Vicericius, Gandamiris, Sissebuta, Recharedus, Suintilla, Rachimius, Sifecundus, Suintilla, ultimo Tulga.

Cæterum ne Scalichiorum nomen in Italia extingueretur aut familia, repetamus Theoderici hac in parte prudentiam. Cum multa & tam uaria prælia gessisset, maxime in campo Veronensi ubi assidue cum aula agere solebat, qua de re & Veronensis nuncupabatur: & Odoacrum Herulorum Regem, quem Roma & Italia annis iam octo occupata, apud Sontinum amnem, recedere compulsus, ingenti prælio, quod tres continuatum est dies, superauit. In perpetuam eius uictorie memoriam, sicut multas urbes & oppida, partim reparauit, partim de nouo condidit: ita uicū in illis uicenis mille passibus, qui Veronam Ostiliamque intercident, campis quaqua uersum exceptis amplissimis æquissimisque, recte imminentem insulam Scalichiorum nomine suæ familiae appellauit: & communito præsidio, ecclesijs atque Veronensium uillis, adeo ornauit, ut accedente populi, quem habet, multitudine, urbis potius, quam oppidi speciem præ se ferat.

Pari ratione in Aprutio circa amnem Sarum siue San- <sup>Blond. in</sup>  
grum, supra quem Auentini amnis influxum, dextrorsum <sup>Aprut.</sup>  
uerò ubi plurima castella et oppida, non modo refarciuit,  
sed & de nouo condidit, uidelicet Altinum, Rocham, Gis-  
psum, Turicellam, pennam hominis, Montē nigrum, Bos-  
nam noctem, &c. singulari consilio denominauit. Vlti-  
mò tandem inter Rocham & Gipsam, Scalam, quam nūc  
Scalognam nuncupant, ueluti dignū locum suo nomine  
erexit atq; condidit.

In Austria quoq; regiam nostram, Scalam nomine, <sup>Lazius 12.</sup>  
die Scalaburgum appellatam, unde primò tandem comi- <sup>Com. R. R.</sup>  
tes denominati sumus, quæ adhuc propè Melicum super-  
est, condidit: & uarijs tractibus exornauit. Huc enim spe-  
ctat totum interstitium à Scala usq; ad Vueisenbach, Cel-  
len, Hellen, Schudheisendanne, atq; Erlaphum fluuium,  
& Alpibus Noricis ortum, qui isthic etiam Erlafsuues in-  
colis nominatur: ubi olim peruetustis pariter eodem no-  
mine legitur comitatus fuisse, cuius possessores à Regijs,  
ac sedibus suis, Comites à Scala, maiores nostri, Comites  
à Beylstejn, & Comites à Pleien nominabantur. Nam  
collapso Ostrogothorum regno, Scalichij in aliquot fami-  
lias diuisi sunt: Quidam enim in Franconiam, in Vindelici-  
ciam & Noricum, Lares mutarūt, & in quatuor stemma-  
ta secti sunt: quorum unum in finibus Salisburgi mansit,  
& Comites à Burckhausen, Rameskouen, Vuasserburg,  
nūcupati sunt: ex quibus Ratisponenses Burgrauij in Baz-  
uaria, & in Austria superiori Comites Machlādie, cui Bo-  
hemia quatuor, & circiter miliariorum spacio à ripa Da-  
nubij cohæret, & à Chlam, decidebantur. Cætera tria in  
inferiorem Austriam translata à principibus Austriae be-  
neficia habuerunt. Alij ultra Danubium in finibus Mora-  
uiae Hardecensem & Terraspurgensem Comitatus, quo-  
rum est, Sancti Bernhardi fundatio ibidem. Alij uerò in


desertis Boiorum agros accipientes, hi quidem Comites à Beylstein: illi uerò Comites à Scala, secus ripam; Boilas chij nominabatur, authores isthuc Cœnobij Seysenstein. Horum possessiones in Gentilicij Annalibus hæc deprehenduntur. In Franconia Chleberck, quo plurimi Comites & Barones referuntur, penes Pucseck ciuitatem: item præfectura in Halle Salina, cum uarijs accidentibus. Deinde magna pars foro Iulij, adeò ut etiam Goricienses Comites, Romani imperij principes non minimi, eorum fuerint uasalli: & præfecturæ, Aquilegiensis, Cenedi uulgò Sibidat, Vrini, limitum Goriciæ, & forum Lausanense. Præterea Comitatus Vueitenburch, & Ciuitas Horn atq; forum Balanense, & oppida plurima, Rorenbach, Mold, &c. Comitatus uterq; Erlaphi, quorū alter usq; ad Stremberg & magnam syluam, atq; Danubium: alter usq; ad Herben, Melichum, Danubium, & Magnam Syluam pertinet, &c. multa alia quæ Lazius, fusius commemorat, Potissimum autē Comitatus Beilsteinnensis, qui & de Plein: siue Bliantz uocabatur, propè Melicum ubi hodiè est. S. Leonhardi forum, quondam Beylstein dictum. Horum quædam ex proxima chorographia patent.

Rit. l. 1. his.  
& lib. 2.

Porro qui in Italia manserunt, partim Veronæ, etiam sub Alboino, partim in auitis sedibus apud patruos & auunculos, reges atq; principes dispersi, propter uarios tumultus & rerum uicissitudines commorabantur, usq; ad centesimum alterius lineæ, & septuagesimum: (tot enim annos series illa habet) hoc est. 638. salutis annum: tum demum duobus annis, Tulga regnante, Cindas, Vindas, ex familia alterius lateris Scalichiorum, Vacuam Gothorum Regiam, illustri inter eos loco occupauit, & decem annis obtinuit, moriensq; filio Resciuindo, per manus tradidit, qui annis duodeuiginti ac mensibus undecim Gothis imperauit. Huc secutus est Resciuindi, Eringus, Theofredo

Blond. l. 8.

Aemil. l. 2.



ofredo Resciuindi fratre pulso, occupatoq; dominatu, septimo post anno, fato functus est. Deinde Egipza gener Eringi septem annis: Vitiza filius Eringi nouem, Theofredi Resciuindi filius Costa, annis quinq;: Rodericus Costæ frater tribus: hoc interfecto, à Mauris Hispania regitur.

Christianorum reliquæ, Pelagium Theofredi filium, Blond. l. 10. d. 1. fratrem Roderici, sibi apud Asturias, ubi latitabant, Regem creant, & appellatus est Asturum Legionisq; Rex: Aemil. l. 2. Rit. lib. 2. ex ordine. quandoquidem maiores sui Gothorum dicti fuerint, hic cœlesti auxilio fretus, finitimos ad religionē Christi compulit: imperauit annis uiginti. Post hunc Phauilla filius, duobus annis ubi regnasset, ab urso in uenatiōe laniatus est. Ideo Alphonso Catholico, Petri Cantabriæ ducis, filio ex sorore Phauillæ, Ornosuba uxore, regnum delatum est: annis decem & nouem præfuit. Successit filius Phroilla, tredecim annis regnauit: deinde Aurelius frater annis sex;

sex: Sillo Consobrinus cui nupta erat Egimanda, Aurelij  
soror, annis sex: Mauregatus Alphonfi filius tribus annis  
Veremundus Alphonfi nepos, ex filio Bilmarao, duobus  
annis: Alphonfus castus, quadraginta et uno anno regna-  
uit, ad Caroli usq; magni principatū: Raymiris filius sex:  
Ordonius filius decem: Alphonfus filius Ordonij, quadra-  
ginta: Garsias filius, tribus: Ordonius frater, occisis Cas-  
tellæ Comitibus, Minio, Rasurauo, Layno, Caluo, Cas-  
tellæ regnum instauravit, octo annis regnavit: Phroilla  
frater, uno anno & duobus mensibus: Alphonfus, septem  
annis septemq; mensibus: Raymiris frater, decem & no-  
vem annis, & duobus mensibus: Ordonius filius, quinque  
Sanctius frater tredecim: Raymiri filius Veremundus an-  
nis septem, Alphonfus filius uiginti septē: Veremundus  
filius, decem. Is à Ferdinando sororio occiditur.

Rit l. 3. ex  
ordine.

Hinc factum est, ut regno hoc, Rex Nauarræ, per affi-  
nitatem potiretur, atq; non iam Asturum, sed Castellæ &  
Legionis regnū uocitabatur: cum à Pelagio hucusq; pri-  
or titulus durarit. Sanctius itaq; cognomento maior, Re-  
gis Nauarræ filius, ob Alphonfi filiam Sanctiam, quæ pri-  
us nupta Garsia, Sanctij Comitis Castellæ filio, quo in fi-  
nibus legionis interempto, à Ferdinando patre, ductam,  
regnum Castellæ adeptus est. Secundus filius Alphonfus  
Legionem, Asturiamq; & Transimēnā: Garsia tertius fi-  
lius Ferdinādi Galatiam & Portugalliam, consecutus est:  
quadagesimo anno uita Ferdinandus functus. Sanctio  
interempto, Alphonfus & Castilla obtinuit, habuit filium  
patruī nomine Sanctiū, ex Zaida Sibilix regis filia: qui  
in acie aduersus Saracenos cecidit, Item filiā, ex alia uxo-  
re, Therasiam, quæ nupsit Henrico Comiti Lotharingiæ,  
dotata Galatiæ parte, quæ Portugallia nunc appellatur,  
unde portugalliæ reges originem nunc trahunt. Item op-  
pidum Toleti longa obsidione rededit in potestatem: re-  
gnauit



gnauit quadraginta tribus annis, nullo legitimo superstitis  
te filio. Ideo Alphonsus Raymundi Berengariae filius Bar  
cinone Comitis, & Virace superioris Alphonsi filiae, post  
auum maternum, regni gubernacula, uergentibus ad eum  
magna ex parte procerum studiis, accepit: etsi diu cum uiri  
co Alphonso Aragonum Rege, cui Viraca mater iterum nus  
pserat, armis contendit: duos habuit filios, Sanctium &  
Ferdinandum: totidem puellas, Elizabeth & Beatricem:  
illum Castellae, hunc Legionis Regem instituit, ipsamque  
Cordubam ab Arabum manibus exemit. Sanctius filius  
suscepit, ex Blanca filia Garsiae Navarrae Regis, Alphon  
sum: is uno anno regnauit, Ferdinandus trigesimo primo  
sui principatus anno obiit diem.

Deinde Alphonsus, Sanctij tertij, ex Elionora filia Re  
gis Angliae, Sanctium, Ferdinandum, & Henricum genu  
it: Blancam item Ludouici Francorum Regis matrem,  
& Berengariam quae nupsit Alphonso Legionis regi: de  
inde Viracam, quae regi Portugalliae iuncta est. Et Elino  
ram, quae Regina Aragonum fuit: regnauit annis quin  
quaginta tribus. Alphonsus Berengariae maritus Alphon  
si gener deinde Castellam occupauit, Henrico uxoris fra  
tre deiecto, annis uiginti octo imperauit. Henricus mor  
tuo sororio paternum regnum recepit: duobusque annis pre  
fuit: Ferdinandus filius Alphonsi Berengariae, in eius lo  
cum subiit: utroque regno & Legionis & Castellae potitus.  
Uxorem habuit beatricem, Brabantiae Ducis filiam, & ex  
ea sex liberos: Alphonsum, Federicum, Emanuelem, Phi  
lippum, Sanctium & Henricum: qua mox elata, Ioannam  
sibi iunxit, ex Comite Pontis editam, matrem Ludouici  
& Elionorae: regnauit annis triginta quinque. Patri succes  
sit Alphonsus qui Violantam Iacobi Regis Aragonum dux  
it: ex qua habuit filiam Beringuellam: deinde filios, Fer  
dinandum, Sanctium, Ioannem, Iacobum, Petrum, Beren  
D gariumque,

gariumq̄, & Elionoram, regnavit triginta duobus annis.

Sanctius filius rex est institutus: regnavit undecim annis: deinde Ferdinandus filius regnavit decem & quinque annis. Alphonfus filius in patris locum successit, ductaq̄ Maria Portugalliae regis filia Petrum genuit, hic habenas imperij suscepit: regnavitq̄ decem & novem annis. Henricus frater Petri, regno potitus est, uxore ducta Ioanna, Emanuelis infantis filia, Ioannem & Elionoram, quae Regi Navarrae nupsit, genuit: praefuit annis octo. Ioannes patri successit, Elionoraq̄ Petri Regis Aragonum filia, matrimonio sibi iuncta, suscepit Henricum, quem superstitem, Regemq̄ Legionis & Castellae reliquit, & Ferdinandum: qui post Aragonum Rex evasit. Elionora defuncta Beatricem Ferdinandi Portugalliae Regis unicam filiam superduxit, ex qua numerosam prolem sustulit: regnavit annis undecim.

Henricus successit patri, uxorem habuit Catharinam Alencastriae Clocestriaeq̄ Ducis, ex ea Mariam & Catharinam filias, atq̄ Ioannem suscepit: obiit anno decimo sexto. Ioannes patri successit, Mariam Ferdinandi patris filiam, duxit uxorem, ex qua genuit Henricum: quae cum immature decessisset, altera superducta, Alphonsum & Elisabet suscepit: regnavit annis quinquaginta. Henricus filius, in toto principatu, Blancam Regis Aragonum filiam matrimonio sibi iunxit, quo mortuo Ferdinandus, quod sororem Henrici haberet, regno Castellae cum coniuge potitus est: habuit, unicum filium cui Margareta Austriae Ducis filia nupsit: filias vero plures. Rex enim Portugalliae alteram habuit Philippus Archidux Austriae alteram: iunior Regis Angliae natu maximo filio pacta fuit.

Ritius ha-  
stenus.

Verum Ferdinando mortuo, Philippo uxoris ratione,  
regnum delatum est, patri nimirum tuo, potentissime Imperator,  
Reduc iam oculos tuos, Caesar Augustissime, ac  
expende,

expende, quot Reges, quot item Principes, à primo nostræ  
familie auspiciatissimo & Duce & Conditore Alano  
Scalichio, ad tuum usq; hoc felix imperium contineat: &  
uel splendidissimæ nostræ gentis uetustate commoueare.

Venio iam ad secundam & ad penitioem nostræ pro-  
sapie lineæ. Gisulphus Scalichius Costæ patruelis, anteq;  
ad Mauros residuum regni Gothorum esset translatum,  
Gisulphus, inquam Beneuentanus Dux, à quo & matris  
meæ familia originem traxit, singulari animi candore,  
præstantia atq; integritate præditus: qui Campaniæ in-  
gentem terrorem incussit: Pontificis preces extorsit: ca-  
ptiuos liberos clementer dimisit, ipsamq; prædam Domi-  
nis magna benignitate restituit: filium genuit Benedictum,  
qui superioris auspicijs non procul Adria Desiderij Regis  
exercitum, qui Adriani Pontificis res oppugnaret, uictum,  
eius coniuge liberisq; Carolo Magno redditus, autor fu-  
it, tum continuandæ uictoriæ, tum augendi triumphi, ac  
tandem uerò funestissimo bello finem imponendi, qui ab  
eodẽ Magno, socius atq; amicus appellatus est. Benedicti  
filius Erbo fuit, cui natus est Albertus. Hic Taxili Regis  
Noricorum, qui soceri sui Desiderij res uellet restituere,  
impetum tam diu retardauit, quoad Carolus saluberrimo  
aduentu suo magna manu ingruentium Hunnorum repri-  
meret excursiones. Albertus genuit Erbonem, quẽ in ue-  
natu à Bisonte bestia confossum uulgares adhuc cantilenæ  
resonant. Hic genuit Sigehardum & Harduicum. Huic  
cessit Comitatus Burkhausensis, ac ex coniuge Friderura  
procreauit Erbonem Burggrauium Ratisponensem, &  
Botonem qui posthumum in Hungariam migravit cogno-  
mine Fortem, Quorum utrumq; (inquit Vrspergensis) li-  
teris & armis atq; rebus satis profecisse cognouimus: at-  
tamen Botonem sicut corpore proceriorem, & elegantis-  
orem, ita rebus bellicis præstantiorem atq; famosorem,

D 2 totius

Rit. lib. 2.

Blond. l. 3.

et 10.

phryg. ch.

Iul. in orat.

funeb.

Blond. l. 1.

Aemil. l. 2.

Iul. ibidem.

Blond. li. 2.

d. 2.

Aemil. l. 3.

Lazius lib.  
12. d. RR.  
Diploma  
Ducis Baua-  
riae et Mar-  
chionis Sty-  
riae, anno  
1170. 1172.  
et 1178.

Lazij er-  
ror.

totius penè Germaniæ atq; Italiæ testatur populus. Pan-  
nonia uerò talem illum ac tantum se fatetur aliquando sen-  
sisse, ut is uerè de gigantibus antiquis, unus apud illos cre-  
datur fuisse. Friderim Mater Erbonis & Botonis siue Fris-  
derura à Retingo filio Botonis, filij Retingi, de secundo  
Botonæ nati, ex stirpe magni Ducis Vuitikindi, qui bel-  
lum potēs gessit contra Magnum Carolū per xxx. ferme  
años, procreata est. Vuitikint enim Immid & Reginbern  
fratres erant Matihildis, Magni Ottonis Imp. matris, filie  
Theoderici, ex quibus non minus & Reginbern contra  
Danos multo tempore Saxoniam uastantes pugnavit &  
uicit. Hęc Friderura post mortem Hartuuigh statim uidu-  
itatis uelamine consecratur, adhuc Erbone paruulo, Boto-  
ne impregnata posthumo. Hactenus Vrspergen. ad uer-  
bum. Boto genuit Trebellium, ut paulò post dicitur. Por-  
rò Sigehardus Scalichius in Austria uixit: quem secutus  
est eius nominis secundus atq; tertius: qui ex Sophia con-  
iuge Geberhardum Comitē à Burkhausen, & primū Ma-  
chlandiæ Comitem reliquit. Huic Geberhardus, Sigehar-  
dus & Henricus sunt nati, quorum filij ab Henrico Bauas-  
riæ Duce & Otthocharo secundo, Styriæ Marchione in di-  
plomatibus sepius testes adducuntur: utpotè Henricus, Si-  
fridus, Sigehardus, Otto, atq; Hermannus, Scalichij, Ot-  
to secundus Comes, à Scala monasterium monialium in  
Erla, hoc est, Arrianis haud procul à Laureaco, penè à  
fundamentis extruxit, anno 1281. Commemoratur Chuns-  
radus Comes à Scala & Beilstein utroq; cognomine ab  
Otthocharo Marchione Styrię in prærogatiuis. S. Lam-  
berti in Styria, Cœnobij de anno Domini 1170. Puto Hen-  
rici primi filium extitisse. Lazius deceptus est in defectu  
Scalanorum, imò sibi ipsi contradicit. Ante 400. nanq;  
annos defectum narrat: fatetur tamen 1281. Otthonē Sca-  
lichium uixisse: & Bedos à Botone Scalichij in Vngaria  
uiuere.

uiuere. Neq̄ mirum: nam & bonus aliquando dormitat *Iul. in orat.*  
Homerus. *Blond. lib.*

Cæterum Trebellij Scalichij Botonis filij uirtutem ne *10. d. 1.*  
an fortunam insigniorem mitto: Is à Stephano, Petro, An  
drea & Bela, primis Regibus Hungarorum educatus &  
institutus, eius gentis arma secutus est, sub Salomone, ubi  
præclarissimam aduersus Hunnos suæ indolis cum iecis  
set, apud omnes existimationem, & Græcos atq̄ Bulga  
ros, qui Zauam fluuium traiecerant, cecidisset, eum sibi,  
belli artibus, atq̄ opinione florentem, sub diuo Ladislao,  
inter Duces elegerant: atq̄ contra Lithuanos, Ruthenos,  
primus omnium Italorum effecit, ut Sarmatarum, Scytha  
rumq̄ fuga pugnax, uerissima fuga esset. Hunnos prælio  
superauit, Cracouiam cepit, Dalmatiam, Croatiamq̄,  
Pannoniæ finibus adiecit. Quamobrem à Diuo Ladislao *Phryg. ex*  
præmium laborum, alteram partem regni Croatiae, Li *Volat.*  
kam, extra limites Hun, à Kerbaua (Croatia enim hisce  
duabus partibus potissimum constat) distinctam accepit,  
quæ & situ & cælo: itē dexteritate, tam animi, quam cor  
poris, facile alteram, imò totam illam plagam excellit.

Huius filius Nicolaus, cui uirtus cognomen Fortis fe  
cerat, ut patruī uerba obseruem, inter primos apud Fede  
ricum Aenobarbam, seu Barbarossam, summa cum polle  
ret & gratia & autoritate inuītusq̄ eius iussu multa oppi  
da Pontificij iuris expugnasset: uictoriarum frequentia,  
exercitui gratulanti memorabilem uocem illam ac uerè  
diuinam emisit: profectò inquit, Commilitones, uincen  
do perimus. Reddita postea Friderico pace, transporta  
toq̄ in Syriam exercitu, Nicolai filius Albericus, non so  
lum patris felicissimam clarissimamq̄ memoriam obscu  
rauit, sed etiam apud exercitum penè Imperatoris autori  
tatem. Huic omnia consilia credi, ipse mature imperia ca  
pere, fortissimè gerere, belli molem uniuersam sustinere.

D 3 Multa

Multa ille ac præclara sine magna manu, sæpè, sine Imperatore pleracq̃ conficere: sine illo neq̃ Imperator committisci, neq̃ uniuersus exercitus moliri prorsus quicq̃. Hic ille Albericus est, qui plus tricies extra ordinẽ pugnavit, semper uictor: hætenus Iulius.

*Aemil. 7.*  
*Torel. l. 4.* Huius unius uirtutes, satis habebam commemorare, nisi longè plures & non minus fortissimi Heroes sequerentur. Is duos filios habuit, Mastinum qui Veronæ habitabat, & Albertum qui Likæ degebat. Errant proinde ne dicam splendidissimè in gratiam Venetorum ueritati detrahunt, Torellus, Blondus, & similes, qui Mastinum plebeium fuisse, & tum primùm familiam Scaligeram nobislem effectam, omnemq̃ Veronæ nobilitatem ab Eccellino occisam scribunt. Contradicunt istorum uanitati priuilegia Belæ, anni 1263. Item annales nostri ab Aemilio conscripti & reliquæ Historiæ. Cæterum genealogiam hanc ex aduersariorum scriptis collegi, ut sit eo clarior ueritas: qui licet ubiq̃ supprimant ac extenuent familiam nostram: at ueritas super omnia eminet. Albertus duos ibidem filios, Philippum & Bartholomeum, ideo de Likæ nuncupatos genuit: belli duces formidabiles. Postquam enim Tartari, gens Scythica, Georgianam, Armeniamq̃ maiorem subegissent, & inde, transmissis Ripheis montibus, Poloniam, hinc Hungariam, igne ferroq̃ depopulati essent: Fridericus quoq̃ secundus Imperator 1233. anno, Veronam in potestatem redegit, Machariam, Gazam & Vincentiam cepisset, diripuisset, incendissetq̃, & Bela quartus Andreæ filius, Rex Hungariæ, paulò post, anno circiter 1236. declaratus esset, ipsoq̃ anno 1241. Tartari, cum D.M. armatorum Pannoniam inuasissent, quibus rex, ad Sazium, seu, ut Ritus ait, Sceo flumẽ, occurrens, in prælio superatus fuisset, & omnibus Pannoniæ uiribus cõsumptis, in Dalmatiam fugisset, hostes quoq̃ Pannoniam igne, ferroq̃

*Blond. l. 7.*

*d. 2.*

*Plat. in Hono.*

*phrig. Ch.*

*Aemil. 7.*


*Rit. lib. 2.*

roq̄ uastantes, Vaciam, postea Varadinum diripuissent,  
Stridonium caede magna facta expugnauisset, triennio  
hac sequitia utentes: tum Albertus confestim ualido exerc  
citu undiquaq̄ conscripto, partim in auitis sedibus sub  
Noricarum alpium tractu, partim in Croatia, Italia, & ce  
teris nationibus, & in unum coacto, ad littora usq̄ Ponti,  
in insulam maritimam, ubi rex omnibus regnis destitu  
tus, grauiter premebatur, utrumq̄ filiorum & Philippum  
& Bartholomeum, ut regi opem ferant, de Veronæ recu  
peratione, nil sollicitus, ablegauit: qui intrepidè hostem ag  
gressi, aciem primi ruperunt, & non modo exercitu ad  
ducto, sicut plerunq̄ fieri solet, spectatores erant, sed ipsi  
quoq̄ in discrimen, propria uita coniecta, quosdam pri  
mates sequacesq̄ Tartarorum captos Regi offerentes, al  
ios uero diræ necis exterminio, in ipso Regis conspectu  
necantes (ut priuilegiorum uerbis utar) strenuè militas  
runt, ubi etiam crebra stigmata & grauiâ sustulere: neq̄  
desierunt, quin profligatis hostibus, regem extraherent,  
& pristinae salutis restituerent.

Horum ob meritum, rex Bela, Philippum & Bartho  
lomæum haud exiguis honoribus, & quidē meritò affecit,  
Commilitonū suorū consortio annumerauit: non strennu  
os, imò strēuissimos, titulo presertim apud reges insueto,  
singulari clemētia dignatus est. Contulit eis præterea insi  
gnia, cū antea Canes ab Alano, & Scalā à Theoderico ha  
berent, quadraturæ, uidelicet cornuū ceruinorū & Signa  
culorū Solis & Lunæ, hæc ut posteritati nunq̄ non Scali  
chiorū uirtutes & beneficia regno præstita luceāt, duo Lu  
minaria, duos Heroēs Philippum & Bartholomeum desi  
gnāt: illa utpotè cornua ceruina, deploratum statum regni  
Hungariæ & grauiissima stigmata Scalichiorū significāt.  
Adhæc ornatura coronæ Regiæ accedit: ueluti quorum  
uirtute corona ipsa & totū regnum sit conseruatū, (quare  
& ius successionis consecuti sunt) in hunc modum,

111. exer.  
188. p. 5.

Priuilegia  
Bela, 1273.  
ann.



Id castro Zkrad, quod Carana alluit in regno Croatiae confirmatum est, reuera clauē totius regni, unde non una sed plurimae arces pendent: Item tota terra ex utraque parte Hun, regni Hungariae prima origine & reuera parente communitum, quo commilitium & prouincijs ornaret. Adsciti sunt autem olim in Commilitium ob praestita auxilia Ramae, Seruiae, Lodomeriae, Clumaniae, Gallitiae, Croatiae, Dalmatiae &c. Reges: ideo omnia haec regna per defectum seminis, tandem ad Hungariae regnum ratione commilitij deuoluta sunt. Scalichios ergo Corona sua & quadratura tum paucis principibus communi, atque terra, quae ex partibus Ramae siue Bosnae oritur, & per Croatiae seu Liburniam ultra limites quoque Sclauoniae pertinens, Hun dicta, more Regum, in regij commilitij dignitate euexit. Est porro Hun fluuius satis amplus, unde & Hunni, quod penes Hun fluuium primo consedissent, nuncupati sunt, cuius longitudo plus octuaginta miliarium spatio,




spatio, quousq̄ ex Trabich siue Trabe per Hunatz in Sa-  
uum decurrit, offenditur. Si enim utrumq̄ latus confide-  
retur, habet pulcherrimos quosq̄ comitatus. Ad dexterā  
enim Rosin, Potzl, Kloch, Repych, Kamengrad, Bichis-  
chium, Kruppam, Othock, Nouigrad, Bain, &c. ad sini-  
stram uerò præter Comitatus, prouinciæ Lapatz, Cor-  
bau, Cotubæ, quoq̄ Seth, Vduuinam, Preckauitz, Kre-  
men, Poth, Zitin, Claduch, Srin, Pernā, Blin, Sysack &c.  
continet: ut non sit difficile latitudinem eius plus 30. mili-  
arium spatium discernere, sicut ex subiecta descriptione  
patet. Nam ut Petancius describit à Kruppa ad Kuppam  
& Sauum fluuios spatium quinquaginta miliarium est.  
Si ergo à Trabich uel Trabe ordiamur: non erit dubium,  
quin ad Sauum usq̄ plus centum miliaria contineantur.

Huc spectat & Hunia oppidum loci natura munitissi-  
mū, Transsylvaniā ab inferiori Pannonia distinguens, à  
quo Gela fluuius non procul distat, à Vito filio Philippi  
constructa, deinde à Ioanne Huniad refarcita: sicut in ter-  
tia linea patebit. Hæc instrumento publico sub duplici  
Belæ regis Sigillo roborata sunt: in quo ex animo pius  
Rex, ingritudinem à posteris metuens, rogat atq̄ obte-  
statur omnes successores felices Hungariæ Reges, ea ne  
aut contemnant aut transgrediantur: quin imò rata tene-  
re & accepta obseruare dignentur.

Itaq̄ Veronensibus ubi hæc uictoria Scalichiorum tã  
præclara innotuisset, quorum beneficio atq̄ prudentia eti-  
am tyrannidem Comitum S. Bonifacij & Monticulorum  
excussissent, ueluti, ad quos, ipsa quoq̄ Verona, antiquo  
iure pertineret, Scalichij̄ urbs restituta est: & inter eos  
postquam Mastinus Prætor iam antea electus, per aliquot  
annos præfuisset, & dolo à Comitibus in patriam reuer-  
tentibus 1262. anno salutis interfectus esset: Albertus fra-  
ter Mastini, Philippi uero & Bartholomei pater successit,

E & ur

*Aemil. &  
Torel. l. 4.  
ex ordine.*



& urbis & totius populi tandem Dux delectus est, die 27. octobris 1277. anno: quo defuncto, Bartholomæo filio principatus esset 7. Maij, anno 1301. eò quòd maior natu Philippus, Likam, Hun, Zkrad &c. occuparet. Bartholomæu Albuinus filius secutus est 1303. anno, cui frater Canisgrandis, diuina prudentia, magnanimitate, iustitia, & sanctitate præditus, princeps, eloquens, comis, liberalis, oratoribus, historicis, poëtis, omnibus deniq; doctis fauens, successit. Ideò postquam Albertum Imperatorem, Ioannes ex fratre Rudolpho nepos, inter Rysam, Aruliamq; Heluetiorum flumina, Rhenum propè interfecisset, & omnes ferè ciuitates Cisalpinae Galliae Dominos sibi eos delegere, quos antea præfectos urbium habebat: Canemgrandem Scalichium denuò Principem uno consensu & pronunciant & hæreditariè confirmant. Ita factum est, ut sine bello rursus Verona ad nos, primò per Albertum, deinde, mediò, Canis, Principis, non minus prudentis, cum fœnore redierit. Dū enim annis uiginti ferè Veronæ Canis imperium teneret: ciuitates interea Cremonam, Parmam, Regium, Vicentiam, Patauium, Feltrū, Bellunum, Cenedū, Taruisium imò Picenum, & Romanodiolam omnem, sua potius uirtute & liberali humanitate, quàm armis subegit: Gonzagam familiam ditioni Mantuæ, eiectione Passarinis, imposuit, de quo Ianus Pannonius in Panegyrico, quem Guarino Veronensi præceptoris suo scripsit, post descriptionem Veronæ ita loquitur:

Inde olim uestrum scitis prodisse Catullum,  
Plinius inde satis, sed nunc uenit altior illi  
Gloria: Scaligeris, nec se iactauerit æquè  
Regibus, & magni Canis armipotentibus actis.

Canis grandis sine prole uirili decessit, ideo nepotes ex fratre Albertum, & Mastinum hæredes instituit: Ille anno 1329. hic 26. Iulij, mortuo fratre, eodem anno imperiū

E 2 suscepit,

Gul. Ro-  
uil. i. cou.

p. 2  
Chrö. sup-  
plemen. li.

13.  
Plat. In cle-  
ment. 5.

Rouil. icon.

p. 2.  
Blond. in  
Mar. Tar.  
Sabel lib. 8.

d. 2.

Plat. in  
Vrb. 6.

Scardeoni-  
us l. 2. C. 10.

fol. 230.


Rouil. ibidē.  
Ioannes Pā-  
nonius.

Supple. Chr-  
ron. lib. 13

Plat in Bon-  
nif. 9

Petrarcha  
Epist. lib. 1.

Torel. l. 4. suscepit, atq; Brixiam, Pergamum & Lucam prioribus ad  
 Iou. in acto. iecit: Parmam paulò antè obsessam, contra Ioannem Re-  
 Plat. in Be- gem Bohemorum obtinuit, & ad tantum Dominatum po-  
 ned. 12. & tentia eius creuit, ut omnes ferè Italiae populi & principes  
 in Ioan. 23. eum timerent, quam præsens ferè exprimit descriptio.



Naclerus, me autem Veneti & Luchinus Vicecomes Mediolanens  
 Gen. 45. sis coniurarunt: cuius animi ne, ut patruus inquit, an fortu-  
 Blond. in nae magnitudo fuerit, illustrior, atq; constantior, nemo faci-  
 Mar. Tar. le iudicare potest: potentia certè tanta extitit, ut etiam Lu-  
 Hul. in orat. douico Bauaro Imperatori, fuerit formidabilis, qui cum  
 reiectis priscis Regulis, ab Italicis ciuitatibus, alios impo-  
 neret nouos: Mastini unius uim neq; experiri uoluit, & ul-  
 trò obtulit, quod alij neq; precibus, neq; armis ualuerunt  
 impetrare: hactenus patruus.

Torel. l. 4. Mastino erant duo filij: Canisgrandis, Canis rabidus di-  
 Iou. in Gal. ctus, & Canis Signorius, Canis Franciscus seu Facinus  
 nuncu

nuncupatus, & filia praefer Beatricem aliquot. Porro hic  
Canis interfecto illo, patri successit, pecunijs praedives ad  
modum, qui Caesaris Comitatum mille equitibus galeatis,  
& delectorum praeditum aliquot cohortibus, ornare sole-  
bat. Hunc Ioannes Archiepiscopus, frater Luchini Medi-  
olanensis Principis, post mortem Mastini patris in amici-  
tiam pellicit, & ex altera parte pontifex in Luchinum con-  
citatur, qui magna semper prudentia cuncta & moderatio-  
ne summa gubernabat, nec facile se aliorum factionibus  
immiscebat, quod uel ex illa Marci & Leodrisij, apud Cae-  
sarem officij simulatione, cum Galeatium multis oneratum  
calumnijs maiestatis reum facerent, haud obscure patet:  
tum etiam Imperator a Scalichio, Atestino, Passorinoq[ue],  
impetratis equitum auxilijs, Romam intendens, in Hetru-  
riam descendit. Beatrix regina, Mastini filia, Barnabae  
Mediolanensi Principi elocata est, ex qua plurimas filias  
suscepit, Ferunt hunc in bellicos sumptus, supra trecentas  
Myriadas signati auri expendisse. Sed uel immensas aera-  
rij diuitias, uni dotales sumptus exhaurire, facile potue-  
runt, quum numerosam prolem nobilissimis Europae prin-  
cipum domibus, infereret. Viridem enim Leopoldo  
Austriaco Norici regulo: Thadeam Stephano, Magdalenam  
Federico, Baioarijs Vindeliciae principibus: Valentinam,  
Federico Cypri Regi, collocauit: quum Agnetem Fran-  
cisco Gonzage: Catharinam Ioanni Galeatio: Antoniam  
& Anglesiam, Corado & Federico Vuirtenbergensibus  
Sueuiae Regulis nuptui dedisset. Lucia subinde Edemun-  
do Britanniae regis filio tradita, ut in remoto etiam Ocea-  
no sobolem propagaret: quarum omnium dotes cum lu-  
culento mundi muliebris apparatu, uicies centena millia  
aureorum excessisse constat. Ex Catharina primo partu  
genitam Valentinam Ioannes dux Mediolanensis, affinis  
Facini, Ludouico Aurelianorum Principi Regis filio, nu-

E 3 ptui

Plat. in Boe-  
nif. 8. & in  
clement. 6.  
atq; in Be-  
ned. 12.  
Iou. in Ioa.  
Mar. & in  
philip.  
Blondl. 3.  
d. 3. & in  
Mar. Tar.  
Iou. in Ga-  
leat.

Iou. in Ioa.  
Archiep.

Iou. in Bara-  
naba.

Iou. in Ga-  
leatio.

ptui dedit, simul & Asta Colonia dotis nomine Valentis  
nae obuenit, ad liberos uero eius hereditatis titulo Medis  
olanensis Imperij iura transferunt.

## Beatricis Scalichiae Epigramma addere libuit.

*Iou in Bar  
naba.*

Italiae splendor Ligurum regina Beatrix,  
Hic animam Christo reddidit, ossa solo.  
Quae fuit in toto rerum pulcherrima mundo,  
Et decor, & sanctae forma pudicitiae,  
Laurea uirtutum, flos morum, pacis origo,  
Nobilibus requies ciuibus alma quies.  
Quam patris extollunt Mastini gesta potentis,  
Veronae nuptam magnifici quoque Canis.  
Barnabas armipotens Vicecomes, gloria regum,  
Naturae pretium conspicuumque decus,  
Qui Mediolani frenos, & lora superbae  
Temperat Ausoniae, quem timet omne latus.  
Hac consorte thori felix, consorte laborum  
Exegit, longa prosperitate dies.  
Hanc Deus elegit secum periturus, & inde  
Spiritus aetherei regnat in arce Poli.

*B. Scardeo-  
mus lib. 3.  
class. 14. de  
claris mu-  
lieribus.*

Libuit hic & Scardeonij integrum capitulum ad uersum  
de Mastini prole recitare: Memoranda, inquit, quoque  
est hic praecipuo merito prolis Thadae Carrariensis foelis  
citas, quae (ut antea dictum est) nupsit Mastino Scalae, prin-  
cipi Veronae, cui Patauium ciuitas dos fuit: anno salutis,  
M. CCC. XXVIII. mense septembris. Haec ex Mastino  
suscepit quinque filias, quarum una ex Barnaboue Viceco-  
mite Principe Mediolani, quae appellabatur Regina, ge-  
nuit quatuor mares & duodecim foeminas, quarum una nu-  
psit Petro Cypri Regi altera Ludouico primogenito Re-  
gis Galliae: Tertia illustri, Bauariae Duci. Quarta in clyto  
Duci

Duci Austriae. Quinta Galeatio Vicecomiti amplissimo: postea Duci Mediolani, Sexta Leopoldo Austriae Duci, qui fuit auus Federici III. Imperatoris. Septima Duci Bavariae. Octava Friderico Regi Siciliae. Nona Francisco Gonzagae. Decima Ernesto Duci Monachi. Undecima Friderico eius fratri iuniori. Duodecima Dimundo Cantiae Comiti, primogenito Regis Britanniae. Ex quarum generosa prole, postea & Duces, & Reges, & Imperatores, qui regnarunt, & ad hunc diem regnant, uniuersi fluxere: ueluti ex Cybele quondam tot Heroes orti, ut sit ex eo dicta mater omnium Deorum. Nec minus quidam felix habenda uidetur haec, quam Lampida Lacedemonia, quae (ut Plinius refert) una omnium foeminarum felicissima in omni aeuo refertur, quae Regis filia, Regis uxor, Regis mater fuit. Haec legi in antiquis chronicis Veronae, et si ab his Sarayna nouus historicus Veronensis aliquantulo dissentire uideatur. Haec tenus Scardeonius: reliqua Onuphrius Panuinius Veronensis in libro de Rom. Princip. & ijs quorum Max. in Italia imperia fuerunt, fusius persequitur.

Ceterum 17. Decembris, anno 1359. mortuus Facinus, relicta uxore Beatrice Tenda: quae deinde Philippo Mediolanensi Duci nupsit, cuius opibus & amissum Imperium recuperauit, Bartholomeo & Antonio filijs superstibus. Hic altero in Pescharia oppido suo occiso, imperium obtinuit 12. Julij 1381. anno: qui cum Francisco seniore Carrario grauissimum bellum susceperat. Galeatij demum praesidio & incitamento (siquidem is prauiderat quoties Canes inter se dissiderent, Scalam ruituram) uictus, in Hetruriam, & una cum Carolo atq; Bernabouis filio, cum quinque millibus equitum & duobus peditum: in agrum Senensem hostili animo immissus, acriter pugnavit. Dolo tandem amissa Verona, in Hetruria, auitis sedibus, aliquid

Onuphrius  
Iou. in Phi-  
lip.

Torel. l. 4.  
Sabel. l. 8.  
d. 2.

Supplemēt.  
chron. l. 13.

Plat. in Bo-  
nis. 9.

*Plat. in Vrb. 6. Sab. ibide* quandiu exercitum colligendo, hærebat. Veronenses uicinarum urbium exemplo consternati ad arma concurrunt, pulsoq; Galeatij præsidio, Antonium Scalichium ex Hetruria accersunt, qui ferè hisce diebus ibidem mortuus erat, relicto unico adhuc filio, in prima pueritia superstite. Verùm Sigismundus Bartholomei secundi filius, què antea Philippus Dux Mediolanensis, unà cum Brunoro in Venetos concitabat, & Guilielmus Canisgrandis rabidi, Veronam ab Antonio amissam, & reliqua, summo studio recuperare conantur, accitis undiq; præsijs, ex Hungaria, Croatia, ipsaq; Germania. Post uerò satis diu rem actitatam, maiorum consilio usi, se Venetis iunxerunt. Vnde Galeatio mortuo, Guilielmus Venetam nobilitatē consecutus, cū aliquantisper Venetis egisset, ad principatum recuperandum, Franciscus Carrarius affinis, eum multis hortationibus pellexit, Veronaq; iam recepta 7. April. 1404. hominem familiarissimum consilio & armis antea adiutum, ueneno sustulit: Antonium uerò & Brunorum eius filios, proditione captos, non multò post necandos curauit: at & ille graues satis pœnas huius latrocinij (strangulatus enim est unà cū duobus filijs à Venetis) luit. Brunorus frater interea in Germania erat, cuius instinctu Rex in Italiam transierat: ad paternū enim principatū recuperandum anhelabat. In eo bello & Sigismundus cum maxima copia plurimarum nationum nobilitatis, ut consilio, occubuit. Sigismūdi soror Francisca spectatę & formę et uirtutis, Mathiæ Phrygepani, magno atq; insigni Regulo elocata, peperit Christophorū, magni nominis atq; potētie uirū: unde Helena mater Annæ illustris Domina, coniugis fortissimi atq; splendidissimi Herois Ioannis Vngnad, descendit: cuius fama non modo apud Christianos, sed apud Turcas etiam, celebris est, & haud postremæ admirationis, ex qua uiginti liberos suscepit.

Horum

*Plat. in clement. 7. Naucler. gen. 47.*

*Sabel. lib. 9. d. 2.*

*Iul. exerc. 15. §. 10*



Horum quinque filij supersunt. Io. Ludouicus, Serenissimi ac Christianissimi Boemorum Regis Maximiliani intimus cubicularius: Christophorus, in confinibus Croatiae, aduersus rabiem Turcarum fortissimus Dux: Carolus magnae indolis: Simeon atque Ericus optimae spei: tres deinde filiae. Iudith, Martha, & Helena, pudicissimae atque spectatissimae & formae, & uirtutis. Praesenti anno Vuolfangū, ex illustri Domina Magdalena Vuolfangi Barbi filia quoque genuit. Sigismundus Scalichius Nicolaum & Beatricem procreauit: ex hac Guilielmus Comes Oetingensis ex Rhætia Sueuiae particula, Fridericum Comitem genuit: qui deinde Pataviensis administrator factus est, anno 1486.

C. Bruschi  
us de pant.  
lib. 2.

Nicolaus pius atque placidus, proauus meus filios habuit, Bonifacium, Benedictum, Sigismundum &c. ex hoc si bene memini, nati sunt Valentinus & Ioannes in Ditio-  
nen nostra Lika, matre, siue Helena, siue Magdalena, qui hodie in Hungaria, Nemeschiangae domi extremam senectam agit: sicut ante triennium per affinem Georgij Drascouitij, ad me haeredem, perscripsit. Hic quae & quanta aduersus Turcam toto hoc tempore, ad ingrauescentem usque senectam egerit, plus satis constat. Quot deinde Legationes, & quidem periculosissimas subierit, & id in promptu est.

Iul. in orat.  
funeb. et ex  
cr. 263.

Benedictus porro Iulij Caesaris pater fuit, quem in memorata oratione, fulgur, fulmenque belli formidabile non immerito appellat: qui iustis praelijs, duodequadraginta interfuit: plus centum excursionibus, pro Federico, Austriaco Imperatore Augustissimo, aut Hungarorum rege optimo & fortissimo Mathia, aduersus Illyrios aut Turcos, praefectus fuit. Certamine singulari ter ex ferocissima Othomannorum gente, cum optimis spolijs florenti aetate, uictor redijt, haec tenus patruus.

Iul. in orat.  
funeb.

F Hic

Jul. exer.

224.

*Julij Cæsar Scaliger.*

Jul. exer.

99. 315. 263.

et 309.

207. 227.

§. 3. et 253.

202. §. 6.

Hic Benedictus Paridis de Lodron filiã in uxore duxit, ac ex ea totius nostræ gentis, imò mundi miraculum, Julium Cæsarem genuit, quem in epistola quadam Cælius secundus Curio, uir nobilissimus & doctissimus ita describit: Julius Cæsar Scaliger fuit corpore procero, meæ omnino staturæ, recto, ad dignitatem composito, colore subfusco, oculis micantibus, incessus, omnisq; gestus grauis, sed sine fastu: uestitus elegans, ita ipso aspectu principem uirum iudicares. Sermo cæteris respondens, rarus, in quo grauitas, cum humanitate, & lepore certaret. Sed bene latinè ab omnibus loqui existimabatur. Vxorẽ duxit nobilem & primariam suæ ciuitatis puellam Angini, quam Agén uocant Galli in Aquitania, ex qua aliquot liberos suscepit, quorũ maximus natus Syluius Cæsar appellatur, quem uiuere existimo. Hęc habeo certa de Scaligero tuo, meoq;. Hucusq; Cælius. eum armisne, aut uariarum disciplinarum cognitione excelluisse dicam: nã in eo prælio, quod secundum Abduam, ad Pandinum, commissum est, sub Bonifacio patruo, auo meo uiro acerrimo atq; fortissimo, & in uarijs bellis, haud exigua uulnera & dedit, & accepit. In Danubiũ ac Rheni ripis armatus, Lutetiæ item & Oxoniũ modica indutus togula, hyemes non solum ferre, sed etiam frangere didicit. Sub Ludouico Rege ad laudem Pompeiã uictor euasit, uarijs obsidionibus dux interfuit, ac tum demũ serò quidem, sed cum omnium admiratione, animum ad studia applicuit, ut nemini facile sit secundus.

Ac ne proprias laudes ipse texere uidear, iudicium Iacobi Schegkij uiri undiquaq; doctissimi, & tota Germania celebratissimi (quo ut ingenuè fatear, non modo Germania, sed uix Gallia atq; Italia, & ipsa quidem Roma doctiorem habet: tanta est huius uiri, & morũ & uitæ cum solida eruditione integritas coniuncta) Iacobi,

cobi, inquam, Schegkij iudicium libenter subiungam, in *iudicium*  
quadā epistola sic expressum: Legi quaedam Iulij Cæsaris *Schegkij.*  
Scaligeri, clarissimi Herois scripta, quæ tanta admiratio-  
ne me affecerunt, ut uix potuerim credere, tantum uirum  
hac nostra ætate extitisse: qui magnitudine ingenij, multi-  
tudine & uarietate scientiæ, eloquentiæ, artibus & splen-  
dore, non dico, adspirarit ad similitudinem ueterum, eo-  
rumq; præclarissimorum philosophiæ autorum, sed ple-  
rosq; etiam longo interuallo, post se reliquerit. Quam es  
nim ille uir, non dico, non attigit, sed perfectè studio suo  
complexus non est rerum scientiam, tum historicam, tum  
philosophicam: ut mirum sit complecti illum omnia inge-  
nio & memoria potuisse: quæ tam multa sunt, tamq; ad in-  
telligendum ardua, ut addiscendis singulis uix singulis  
sufficiat etiam ingenium perspicacissimum, & ætas lon-  
gissima. Quapropter in hanc adducor sententiam, ut pro-  
pinqui tui non humanū, sed diuinum fuisse ingenium exis-  
timem. Siquidem scire omnia, quorum capax est huma-  
na mens, diuinitati proximum sit. Nec minorem habet ad-  
mirationem, scientiæ tam uariarum rerum, elegantiam nō  
defuisse uerborum & sententiarum, ut dubites sanè scien-  
tiorne, an eloquentior, quibusuis alijs sit habendus: qui in  
alterutro istorum duntaxat, elaborarunt. Nec uerò solum  
aliorum inuenta, memoria & oratione (utrisq; admiran-  
dus) complexus est: sed ipse etiam multa insuper solertissi-  
mè ignota inuestigauit: aliorum errores acutissimè correx-  
it, in utroq; summa ingenij acrimonia præditus. Et ut in  
pauca conferam, maiorum nostrorum memoria, nullum  
fuisse opinor, qui uel ingenij indole, uel disciplinarum ua-  
rietate et multitudine cum illo sit conferendus, disciplina-  
rumq; antiquissimis scriptoribus anteponendum etiam,  
ni ipsemet, debere se multa ijs: sine quibus ad tantam per-  
fectionem scientiæ non potuisset peruenire fateretur: &


nisi grati esset hominis, ut quidam scribit, confiteri, per quos profeceris, haecenus Schegkius.

Iul. exer.  
230. 318. §.  
4. 224. 155.

Iulij Cæsaris, ut etiã id annectã, quũ maternus auus Paris de Lodrõ fuerit, apud quẽ & educatus est, ut plurimũ, licet apud Max. Cæsarẽ adoleuit: maternus cognatus Petrus Comes Stenegi: affinis uero Leonardus Comes Nogarolæ est, natus autẽ penes mõtes Pyrenæos in auitis sedibus: Habuit filiũ Andectẽ magnæ spei, qui ante uiginti annos in Dño obiit: & Syluiũ, ut spero, adhuc superstitem. Huius patruus Bonifacius auus mihi est, sed anteq̃ de meisq̃ parentibus quicq̃ dixero, paucis tertiæ profapiæ nostræ lineæ seriẽ, quæ adhuc restat, explicabo. Ergo quẽ admodum de Bartholomeo, ita de Philippo fratre dicendum est. Philippus filiam Despothi uxorem duxit, ac ex ea Vitum, & post nouem filias Stephanum procreauit: quas in uarias familias sparsit: siquidem Coruino Romano: Atestino Marchioni (hinc est ut Scalichiorũ auxilio Astenses Marchiones castellum Sancti Fœlicis, agri Mutinensis, obsidere potuerint) item Carlouich & c. elocauit. Atestini filiam Andreas secundus Rex Hungariæ, Hierosolimæ eiusdem hospitio utens, duxit, ex qua Stephanum Posthumum genuit. Hic uerõ ex Veneta Andrea, qui interempto Ladislao diadema sumpsit, & annis undecim regnauit: linea tandem translata est.

Ex trãsup.  
ca. Zagrab.  
anno circiter 1360. in festo D. Georgij.  
Ex receptione seu tradit.  
Plat. in Ioan. an. 23.  
Rit. lib. 2.  
Hung.


Porro Stephanus Scalichius Bosnensis Rex factus, Ludouico Hungariæ Regi Elizabetham filiam uxorem dedit, cuius opibus elatos Croatiae principum spiritus contudit, coegitq̃ dicto audientes esse. Vitus Scalichius uerõ ex uetusta Romana familia Coruinarum & ipse uxore ducta, Likam Stephano gubernandam reliquit, ipseq̃ terram Hun rexit: patruo Bartholomeo & patruelibus Transpadanas & cisalpinas auitas sedes tenentibus, inde principes Hunnorum appellati sunt, quicunq̃ ex Vito descen-



descenderent. Ge Nacl. 49.  
 nuit hic patrē Bus gen.  
 thonís, ex quo Ioan. de Tu  
 añes Huniad, qui coz. in Ch.  
 Comitatum Bistri Hung.  
 ciēsem uulgò Nos  
 nerland in Trans  
 sylvania propter  
 uarias in familia  
 diuisiones abalie  
 natum, recuperas  
 uit, cuius tractus  
 talis est.

F 3 In

Insignia quoque rubei Leonis coronam unguibus rapiens  
tis in albo campo, Coruo in campo seu clypeo flauo, hoc  
pacto adiecit.



*Munsterus.* Deinde Transyluaniensis Vaiuoda factus est, plus uic  
cies cum Turca prosperè conflixit: bis tantum præ militis  
inopia cedere coactus. Hic ex Michaelis Zilagij sorore  
Ladislau & Mathiam suscepit.

Cæterum Ludouicus Hungariæ rex, ex Elisabeth nullo  
lum masculum, tres tantum filias habuit Catharinam natu  
maximam, Mariam quam Sigismundo Brandenburgensi  
si Marchioni elocatam, cum spe successionis in regnum  
Pannoniæ, & Adiugam, cui Polonia regnū celsit, in partem  
paternæ hæreditatis, quæ principum consensu Iagula  
lenupsit Lithuanorum regulo, qui nuper acceperat Christi  
religionem, cum duobus fratribus, ipsoque die lustrico  
Baptismatis, pro Iagula Ladislaus est appellatus. Succes  
dit Ludouico gener Sigismundus, & quinquaginta uno  
anno, postquam Carolus à Blasio Forgach esset interfe  
ctus in Hungaria, decem & septem in Bohemia impera  
uit, Rexque Romanorum annis uiginti septem, ac Impera  
tor quinque fuit. Huic Ladislaus uterque successit, ac tum de  
mum

mum iuxta prædictum foedus & pactum Scalichiorum, sub Bela rege, filius Ioannis Scalichij Huniadis, Mathias Huniad, pronepos Viti Scalichij, regni Diadema consecutus est. Eius laudes cum omnibus manifeste sint, non existimaui ulterius deducere. Hoc saltem adijcio, eum Coruinum propter memoriam proauia, quam obrem & Coruum gessit, appellatum fuisse: partim quod ex ea augurium pronepotis, partim quod coruus salutis suae causa non postrema fuerit.

Porro Mathia regnante, sine ulla spe prolis, Bonifacium filium Nicolai Scalichij natu maximum auum meum, adsciuit, in ualle Segusiana & Taurinis motibus, tum potissimum cum aula agere solitum: & in reliqua Scalichiorum ueteri ruina: uidelicet pyrenæis, & Alpibus nostris: quae a mari Ligustico, inter Salassos, atque Allabrogos, per Vindelicos, Noricos, Carnos, Illyrios ad Macedoniam usque ultimam, sine ulla intermissione pertinent. Cui etiam uno cum fratre Benedicto acerrimus & fortissimus semper adfuit. Caeterum mortuo Mathia, cum neque ex Beatrice, neque ex priore illa Pogebraij Georgij filia, prole suscepisset, relicta uidua Beatrix, duos competitores Maximilianum & Ladislaum Polonum, qui eam ducere cunctarentur, confestim habuit. Verum Ladislao, praeueniente: nutu Beatricis, regnum obtinuit. Et ipsa deinde repudiata, superduxit aliam ex Gallijs, nempe domini de Gandala Vasconis filiam. Bonifacio postea decedente, Michaellem infantem filium, patrem meum, Ladislaui tutelae commisit. Haec ubi sub Ludouico filio imminente iam tempore, restitutionis, impleta esset: Ludouicus ecce in bello occubuit. Ioannes, cum caeteris, Vaiuoda Zepusiensis, quoniam ad imperium uis adspirabat, contra te, Imperator magnanime, bonis nostris potiti, arma sumpserunt. Sed pater meus

lul. exer.  
92. & 98.  
item 224. et  
libro 2. de  
plantis fol.  
183.

Rit libro 2.  
Hung. 1

meus in eo rerum statu perplexo, & uarijs tumultibus re-  
ferto, Orphanus, Zagrabiam, ubi regni, praesertim, Cro-  
atiae, Slauoniae, &c. iura consistunt, ad Petrum dignitate  
Lectorem, primum & Iudicem & Capituli attendentem,  
optimum pie memoriae uirum, peruenit. Et apud eum,  
cum aliquantisper latuisset, necque tumultus sedari uideret,  
consilio eius ex illustri familia Beneuentana, Hungaris  
Iambreuch dicta, uxorem Catharinam Sigismundi Iam-  
breuch filiam duxit, ibidem quibus comparatis rem fami-  
liarem instituit, opportunitatem praestolando. At non  
multo post anima praemature reddita, me Orphanum cum  
unica sorore Ursula in cunis adhuc degente reliquit. Quas

Anno circi re suasu Petri Lectoris mater Znoimamusque, te Impera-  
ter 1536. tor clementissime secuta, tutelam nobis, eiusque diploma,  
adepta est.

Exactis tandem aliquot annis, amicorum hortatione, Ge-  
orgio ex familia Ceruina, & ea Nobiliss. nupsit, quem na-  
to Vriele, ut deleretur Scalichiorum posteritas (forte in-  
stigantibus istis, quorum intererat, Paulo de Gregoriantz,  
Lectore, potissimo Duce.) Capitulum miris modis in-  
stabatur: adeo ut non semel coram Pontifice litigare, po-  
stremo & coram te Caesar magnanime, coactus est, ferme  
continuis duodecim annis, semper uictor. Ego interea  
perditus, & ut reliqua praetermittam, in prima pueritia La-  
bacum perductus: quo & mater mea mox Turcarum me-  
tu secuta, diuino consilio, Urbano, pie memoriae, Episco-  
po Labacensi uiro sane integerrimo, atque uere si pietatem  
proximi, & Dei, coniunxisset, Episcopo, cui pro canibus,  
scortis, odoribus, equis & similibus, Bibliotheca cure es-  
sarat: tibi offerendus, inuictissime Caesar, traditor. Ideo Pra-  
gam, deinde Viennam ductus clarissimi Viri M. Lucae  
Guettenfelderis praceptoris, optime de me meriti, fidei  
com

*Paul. schal.*



commiffus, paucorum annorum curriculo, Philosophiæ  
professionem adeptus, in Italiam concessi, ibi Theologiæ  
arcana, quum diligentius excuterem, Doctor Bononiæ  
inſignitus. Metaphyſices duodecimum ordinariæ, cum  
nondum uigeſimum exceſſiſſem annum, interpretando,  
omnium beneuolentiam mihi conciliaui. A Mapheo Car  
dinale tandē, & Marcello Ceruino, poſtea Pōtifice Max.  
uictricis mei cognato, magnis pollicitationib. uocor. Mil  
le quingentas quinquaginta tres proſiſitiones ad nume  
rum annorum à Chriſto nato, propono: Romam appello,  
ibiç duodecim millia Concluſionum proſcribo: quorum  
& argumenta in collegio Ieſuitarum, aduerſus Martinum  
Olaueum & Andreã de Fruſis, ibidem Theologiæ pro  
feſſores, atç Ioannem de Polanco Cancellarium ſocietas  
tis Ieſu, defendi. Reuocatus, mox aulam tuam Imperator  
ſacraſſime ſequor, & multis multorum ac uarijs perſua  
ſionibus, ne dicam unde proſectis, conſecror, & in aula de  
tineor. Priuilegiorum meorum benignam confirmatio  
nem, conſeſſam quidem, ſed à Cancellario, & aurificis ſta  
teræ & populari trutinæ commiſſam, patienter fero. The  
ologus ſenſim conſortio ſacrificulorum annumeror: nec  
id equidem iniquè conſulo, etiamſi in promotione illa Au  
guſtana & tempus ſcheda publica, & ſtatum, illuſtrium ti  
tulo, tractatu quoç peculiari, expreſſerim.

Itaç ſucceſſu temporis priuilegia donationum Belæ  
per biennium agitata, & utrinç diſputata danda ne ſint,  
Deo annuente, unà cum ſuperaddita auitis inſignijs ta  
bula reuolutionis adipiſcor, regni Hungariæ adſcriptis  
magnatibus: Nicolao Olacho Archiepiſcopo Strigo  
nienſi: Colocenſi: ſede & Episcopatu Agrienſi: uocante,  
Paulo de Gregorianſi: titulo Zagrabiē: Paulo Borne  
miza Transſyluanienſi: Mathia Zaberđino Vuaradiē:

Ex priuile  
gijs Belæ do  
nationum.


G

Anto

Antonio Verantio quinq; Ecclesien: præfato Paulo de Gregorian: Iaurien: Andrea de Keues Vesprimien: Chyanadien: sede uacante: Blasio de Varadino, Petriuas cien: Francisco Thurzo de Betlenffalua Vuitrien: Bos nense sede uacante. Ioanne ab Vuilack electo Tininis en: &c. Ecclesiarum Episcopis. Item spectabilibus & magnificis, Comite Thoma de Nadaſd, regni Hungariæ Pa latino iudice Comanorum, & in Hungaria locum tenens te, nec non perpetuo comitatus caſtri ferrei & terræ, Foſ garas, Comite, &c. Andrea de Bathor iudice Curia: Frã cisco Kendi de Zenthjuuan, & Stephano Dobo de Rutzka, Vuayuodis Transſiluanis & Sicularum Comi tibus: Nicolao comite de Zrenio regnorum Dalmatiæ, Croatia, & Slauoniæ, Bano: Gabriele de Peren, Tauernicorum, Francisco Tahj Agazonum: Stephano Banffij de Alſolyndua dapiferorum: Ioanne Deſeuuffij, curiæ, Pe tro de Macedonia, cubiculariorum: Andrea Tarnouens cy Ianitorum, & Christophoro de Batthyan, pincernas rum regalium magistris Comite Ecchio à Salmis & Neu burg, Comite Comitatus Poſoniensis, cæterisq; quàm pluribus regni Hungariæ comitatus tenentibus & hono res. Super addita autem insignia hæc sunt.

Præterito tandem triennio, quo magna humilitate, tibi, clementissime Imperator, seruiui (ſi quando bonis meis potirer, & omnia ideò suscipere deſideraui, dummodo beneuolentiam erga me tuam, augerem) ubi aduenit tempus gratiæ, & uera Dei cognitio mentem meam illustra uit, nequaquã spiritui diuino refragatus sum: sed omni mora postposita, quod partim ex Ephesia lectione: partim ex disputatione, tum publicè tum priuatim, & coram populo & coram Rege Christianissimo, ut præteream illam cui Gulman interfuit, facile patet: confestim inquam, &  
omnis

omnibus neglectis, me ad Dominum Deum meum con-  
 uerti: cui laus & honor in perpetuum.



Considera iam, magnanime Imperator, uetustatem  
 profapia, uirtutesq; inde à primo gentis nostræ cōditore,  
 fortissimoq; aduersus rabiem Scythicam Duce Alano,  
 Cogita filij eius Alarici Regis Visegethorum, eiusq; po-  
 steritatis, mirabilem & penè diuinam sapientiam: à quo  
 per mille & ducentos ferè annos, ad te usq; Cæsar augu-  
 stissime, linea adeò continua, ut ea semper salua, multa in-  
 terea regna & imperia collapsa sint. Repete Theoderici  
 cūm animi, tum corporis incomparabiles dotes, quanta  
 uidelicet, ab eo non modo Ostrogothis, multò autem ma-  
 gis Romano imperio emolumenta accesserint: qui Ro-  
 manis salutem pristinam recuperauit: Romam & Veron-  
 nam de nouo refecit: Tridentum & plurimas ciuitates  
 resarciuit, oppida multa condidit: simulatq; mansueto po-  
 pulo adornauit. Terras incultas excoluit: adeoq; singulis  
 singulatim prospexit: ut haudquaq; hominis, sed potius

G 2 Dei

Dei uirtute & digito cuncta tam ritè, aptè, & appositè  
actitata, nemo non affirmare queat. Dispice, Cæsar glori-  
osissime, ut reliquos prætermittam, uel Albericum, plus  
tricies extra ordinem pugnantem, semper uictorem. Ius-  
dica insignem illam Philippi & Bartholomei gloriam, &  
fidem in Tartarica gente profliganda: atque optimi for-  
tissimiq; Regis Mathiæ uirtutes eximias, ipsumq; Boni-  
facium auum meum & Benedictum fratrem eius, fulgura  
fulminaq; belli formidabilia, nec non Iulium Cæsarem,  
tam ad arma capescenda exercitatissimum & strenuissi-  
mum: quàm in omni genere disciplinarum uersatissi-  
mum, & eloquentia plurimarum linguarum admirabili  
præditum. Horum utiq; merita, Imperator Cæsar cle-  
mentissime, si diligentius ponderaueris, tanta esse de-  
prehendes: ut nisi etiam plura antea commemorata, ex-  
tarent, hæc sufficerent facilè, quamobrem Scalichiana pos-  
teritas, ab omnibus, quauis beneuolentia, affici debeat.  
Præterea uideas, Cæsar Augustissime, quot nam sint, qui  
de meo habeant, unde splendidissime uiuant: ego uerò  
qui tot, tantisq; principum familijs septus sum, omnemq;  
iuuentam hanc, gratioribus studijs, & profundioribus  
scientijs consecraui, non habeo ubi caput reclinem, ne-  
glectus ab omnibus, meis omnibus destituor. Quid  
item fortuna non tentarit, me adhuc præsentem, ut patrum  
etiam mei residua bonorum ruina Posoni, quod senex  
quiesceret, in ea parte Hungariæ quam Bebeck occupa-  
uerat, spoliaret. Et quid non egerit me in cunis adhuc de-  
gente: cuius & nomen ob diuturnam tutelam ferè extin-  
guebatur: & nunc me absente. Alij mea possidēt, præfer-  
tim, ut reliqua præteream, Scalam uetustissimum origi-  
nis nostræ, & opulentissimum in Austria Comitatum: quo  
& Machlandiæ, Burckhausensis, quin & Beilsteynensis  
pertis

pertinet. Item Likam præstantissimam Croatiae pars  
tem, totamque terram ex utraque parte Hun, cuius longitudo  
do ultra 80. mil. & latitudo plus triginta extenditur, me-  
tallis, frumentis, & uinis, refertissimum principatum, atque  
Bistriciensem prouinciam hominum & robore, & dex-  
teritate abundantissimam: Turrim ferream quoque, reues-  
ta non modo ferream, sed & auream: denique, ut prætere-  
am, Zagrabiensem tractum, nulli facile secundum, Zkrad  
Castrum Croatiae munitissimum. Erasmus olim Vaiuo-  
da, Comites, Commilitones Regum perpetui, principes  
& Reges. Nunc uero exules, orphani, iam hic iam illic  
oberrantes, uagi & profugi, peregrinos possessores bo-  
norum nostrorum ferre, & suspicere cogimur. Quis hanc  
fortunæ sauitiam non uidet? Quapropter sacratissime  
atque clementissime Imperator, ad te patrem patriæ con-  
fugiens, hunc sermonem habui: tibi quoque hanc genealogi-  
am iure, cui & me, iam olim totum debeo, consecraui &  
dedicaui: orans supplex, ut pro tua pietate, quæ maxima  
est, ubi cuncta diligentius ponderaueris, ac ex unanimi  
consensu historiarum, priuilegiorum, hominum, memo-  
ria, quæ ne te latet, & rerum præsentium statu, maiorum  
meorum uirtutes, dexteritatem & fidem incomparabi-  
lem, fulgura belli formidabilia, principes uetustissimos  
& potentissimos, & ad mortem usque aui mei Bonifacii,  
Imperio sacratissimo, deditissimos depræhenderis: hoc  
nomine uel solo, ut reliqua tuæ clementiæ subiiciam,  
me antequam ad patres nostros pergas, respicere cle-  
menter non dedigneris. Qui & Maiestatis reos, & de  
te tuamque domo pessime meritos morte potius, quam be-  
nignitate dignos, summa clementia profecutus, non mo-  
do restituere, uerum etiam honoribus, & uarijs dignita-  
tibus, augere dignatus es. Neque me Imperator clemen-

tissime, à tua beneuolentia & liberalitate excludas: qui  
tantum abest, ut offenderim unquam tuam Maiestatem: quod  
etiam infimo fungi officio seu famulatio, nunquam detre-  
ctauerim: in quo & perseuerauissem in hanc usque horam,  
si per conscientiam licuisset. Itaque sacratissime Impera-  
tor, uel in pristinum aliquem maiorum meorum statum  
me reducere nulla difficultate, si uoles, potes. Hoc uelle  
autem, Deus pater Domini nostri Iesu Christi exci-  
tet: ut & Dei salutare uideas: & genealogiam hanc  
clementer expendens, me orphanum Chri-  
stique exulem benigne complectaris: ipsique  
unico redemptori nostro, Imperator sa-  
cratissime atque inuictissime felicis-  
sime uiuas. *Δόξα τῷ μόνῳ θεῷ.*



ARGENTORATI  
Christianus Mylius  
excudebat.

ANNO 1561.  
Ianuarij 25.

ni  
d  
e  
n,  
a  
m  
le  
t




QATm 358

822 12 196

24







B. II m  
358

# VICTIS AVGVSTIS.

em, & Dominum,  
n, Sacri Romani imperij Cæsar  
c. Genealogia, seu de antiquis  
iue a Scala olim complurim  
im nationum foelicissimorum  
ab Anno Salutis LXXX,  
M. D. LXI.

## R M O ALICHII DE n Hungariæ Com.

totius terræ ex utraq; parte  
rad, atque Veronæ, &c.  
is, &c. S. T. Doctoris,  
Christic; exulis.

rum uicissitudo.

LIOTHECA  
ICKAVIANA

